HENRICI PALMATII LEVELING

PHILOSOPHIÆ ET MEDICINÆ DOCTORIS, SERENISS. ELECTORIS BAVARO-PALATINI CONSIL. AULICI ACTUALIS, REVERENDISS. ET CELSISS. S. R. I. PRINCIPIS ET EPISCOPI FRISINGENS. CONSIL. INTIMI ET ARCHIAT. ACT. IN UNIVERSIT. ANGLIPOLITANA ANATOMES, CHIRURGIÆ, ET INSTIT. MEDIC. PROFESSORIS PUBLICI, ACADD. CÆSAREÆ NAT. CURIOS. ELECTORALIS BAVAR. ET SOCIET. BURGHUSIANÆ MEMBRI

OBSERVATIONES ANATOMICÆ RARIORES

ICONIBUS ÆRI INCISIS ILLUSTRATÆ.

FASCICULUS PRIMUS.



NORIMBERGÆ
in officina Weigelio - Schneideriana
1787.

QUARTUM

JUBILEÆ UNIVERSITATI

RUPERTO CAROLINÆ

HOS SUOS LABORES

D. D. D.

TANTÆ FESTIVITATIS TESTIS

HOSPES ANGLIPOLITANUS.

PRÆFATIO.

Medicina, quæ temporis est filia, per observationes potissimum excolitur; hac via regia, ut cum GAUBIO *loquar, incesserunt olim, hodieque incedunt veri quique medici, quibus bonum & incrementum scientiæ asclepiadeæ cordi est; immanis medicinæ campus, vita brevis ejus perfectionem reddunt quidem difficillimam, indefessa tamen hujus sæculi observatorum industria in singulis medicinæ partibus excolendis, & novis quotidie observatis illustrandis spem facit, futuris temporibus numeris omnibus fore absolutissimam; Solicita enim historiæ naturalis cultura, observata anatomica tam physiologici, quam pathologici argumenti, sublimior chemia, & accuratum hoc nostro tempore meteorologiæ studium, quantam jam lucem in exponendis œconomiæ humanæ locis obscuris, dubiis, vexatis attulerint, neminem latet; sic itaque hiatus, qui adhuc*

huc in expositione œconomiæ humanæ supersunt per nepotes, & avorum & propriarum observationum divites, penitus forte occludentur; præsertim, si ipsam morborum naturam ad exemplum magni Stollii *non tam ex opinionibus, quam ex sedula constitutionis aereæ pervestigatione, & ex plenis atque intaminatis practicorum observationibus ad lectum ægri ipsius universi semel medici determinent. Tam gravibus rationibus incitatus, & Ego magnorum Virorum vestigia premere audeo, & illa, quæ mihi jam per quindecim annos, quibus hic Angli-poli anatomen tracto, notatu digniora inter dissecandum occurrerunt, & imposterum adhuc occurrent, communicabo. Tria hujus Fasciculi I. Capita jam prioribus annis Dissertationum inauguralium loco edideram, & jam demum capiti tertio aliquos addidi §§., nonnullas ossium varietates exponentes, quas eo gratiores futuras esse existimo, cum ad perfectiorem, etiam pathologicam ossium historiam aliquam forte conferent symbolam.*

lam. Collegi has Dissertationes in unum Fasciculum, iisdem rationibus, quibus HALLERUS *ad opuscula sua pathologica colligenda, persuasus in Præfatione inter alia animadvertens: Experientia constare exiguas schedas academicas brevi perire, excludi enim a Bibliopoliis, præterea majorem partem in alienas, neque harum rerum cupidas manus venire. Supersunt adhuc alia observata singularium varietatum anatomicarum, etiam rariores casus anatomico-pathologici, quæ huic fasciculo, cujus editionem prius ad nundinas paschales cogitaveram, volui addere, sed a SERENISSIMO NOSTRO ELECTORE, SCIENTIARUM STATORE mihi gratiosissime demandatum iter ad Universitatem Heidelbergensem Jubileam Filum interrumpere jubet, ut levi hac opella observantiæ & æstumationis Mnemnosynon ipsus afferam. Si supremum Numen vitam & otia concesserit, fasciculus secundus brevi sequetur, & quæ occurrent ulterius, in aliis fasciculis continuabuntur.*

Anglipoli die 21. *Octobris* 1786.

ELEN-

ELENCHUS.



CAPUT I.

DE VALVULA EUSTACHII ET FORAMINE OVALI.

§. I.



Valvula Euſtachii, membrana, ut verbis ejusdem magni anatomici, a quo nominatur, loquar (*a*), artificii, & admirationis plena quantos habuerit abhinc Commentatores, Ill. Lobstein (*b*) Præceptoris noſtri ſemper cum gratitudine nominandi Diſſertatio exponit. Piſa igitur hic recoquere minime mens eſt, ſed cum hæc Diſſertatio, jure a magno Hallero egregia nominata (*c*), præter hiſtoriam omnium hujus valvulæ fatorum privum hoc ei tribuat, quod quoties valvula integra ſit, foramen ovale etiam apertum reperiatur, & viciſ-



clauſum, ubi reticulata; huic ſententiæ inconcuſſum addere robur ſtatui per obſervationes aliquas rariores huc apprime facientes.

(*a*) Libr. de vena ſine pari Antigr. XI. pag. 267. & 68. Delph. 1726.
(*b*) LOBSTEIN & reſpond. DIEPOLDT Diſſertatio Anatomico - Phyſiologica. De Valvula Euſtachii Argent. 1771.
(*c*) Bibliotheca Anat. Tom. II. pag. 571.

§. II.

In cadavere Militis quadraginta annos circiter nati in noſocomio militari hic demortui cum demonſtrarem cor, ſectionem vero a vena cava aſcendente, & deſcendente inciperem, ſinumque dextrum forcipe ita dividerem, ut ſectio quantum fieri poſſet, ſepto auriculis intermedio eſſet vicina; facili negotio a crure circuli ovalis, ſeu iſthmi ſiniſtro incipientem inveni valvulam, lunæ creſcentis figuram referentem, quæ duos arcus efformabat, inferiorem unum oſtio venæ cavæ aſcendentis accretum, fere ſemicirculo

æqua-

æqualem, alterum auris cavitatem respicientem, qui semicirculum minorem perficit, in omnibus igitur conformem descriptioni ILL. LOBSTEIN (*a*). Cum penitius non nihil hanc valvulam lustrarem, pulchro spectaculo se mihi obtulere sequentia: retro columnam isthmi sinistram, ex reticulata finisteriori auriculæ carne, satis vicina calloso circulo, qui aurem inter, & ventriculum interpositus est, secedebant plures fibræ carneæ (*b*), hæ non nihil in auriculam progressæ dimittebant aliquas, quæ in descensu parieti Valvulæ Eustachianæ auriculam respicienti prope arcum ejus venæ cavæ accretum implantabantur (*c*); harum fibrarum major portio collecta efformabat trabem (*d*), quæ inde transversim in cavo auriculæ prolongata, & postea ultra quam cornu anterius Valvulæ Eustachianæ ascendens carni auriculæ magis anteriori iterum jungebatur (*e*). Infra hanc trabis insertionem secedebat mox ex auriculæ carne trabecula seu filum carne-



um (*f*), quod deſcendendo nonnihil dividebatur in duas partes, quarum una brevior (g), aſcendendo nonnihil, vicinam trabeculam transverſalem aſſecuta ei ſuperius nectebatur, altera longior, & quaſi fluctuans (*h*) deſcendendo mediam fere latioremque valvulæ partem attingens in duo abibat fila, quorum unum (*i*) mox ſuperficiei auriculæ correſpondenti implantabatur in vicinia arcus auris cavitatem reſpicientis, alterum brevi itinere profundiorem nonnihil hujus valvulæ partem attingens in duo dividebatur fila (*k*), quæ eidem valvulæ ſuperficiei itidem inſerebantur, ſatis vicina fibris illis, quas dixi arcui inferiori acceſſiſſe. Cum integerrimam, imo frænulis munitam valvulam conſpicerem, ad obſervandum foramen ovale attentior factus, inveni illud ſub ſemicirculo ſeu iſthmi ſuperioris parte nonnihil dexteriore ita apertum (*l*), ut digitum infantis facile admitteret. Iſthmus ipſus in omni ambitu erat ſat notabilis, & ſuperius craſitie non modica (*m*). Cæterum


rum in pariete ſinubus intermedio ſeu inferius in foſſa ovali inveni loca aliqua habitus reticultati (*n*), ſimilia carneo auricularum reticulo.

(*a*) l. c. §. VI. pag. 10. vid. etiam figur. noſt. Tab. I. lit. f, g, h.
(*b*) Tab. I. fig. I. lit. k.
(*c*) Ibid. lit. l.
(*d*) Ibid. lit. m.
(*e*) Ibid. lit. n.
(*f*) Ibid. lit. o.
(*g*) Ibid. lit. p.
(*h*) Ibid. lit. q.
(*i*) Ibid. lit. r.
(*k*) Ibid. lit. s, t.
(*l*) Ibid. lit. d.
(*m*) Ibid. lit. a.
(*n*) Ibid. lit. e e e.

§. III.

In cadavere fœminæ ob furta capite plexæ cum in Valvulam Euſtachianam inquirerem, inveni ad ejus arcum auris cavitatem reſpicientem ſeu ad initium ſemicirculi minoris frænulum ſatis forte annexum (*a*): pergebat illud ad papillam carneam (*b*), quæ ex carne auricnlæ poſterius

ſterius



ſterius ad marginem ellipticum poſita protuberaret illo ſcilicet loco, quo jam §. antecedenti obſervavimus plures fibras carneas (c) feceſſiſſe; tam frænulum quoad figuram, quam papilla apprime conveniebat cum illis, quæ ad valvulas triglochines ſolent obſervari. In parte Valvulæ Euſtachianæ latiori magis vicinæ foraminula reperiebantur pluſcula, non tamen tam copioſa, ut reticulum efformarent. Cum in foramen ovale inquirerem, & hic illud ſub iſthmo dextro apertum inveni, diametro calamum mediocrem facile admittente. Ovalis foraminis margo circum circa erat extenuatus, ſeu, ut rem dicam, membrana intima ex uno ad alterum ſinum continua ovale orificium ſubtili plica circumſcribebat.

(*a*) Tab. II. fig. I. lit. α.
(*b*) Ibid. lit. β.
(*c*) Tab. I. fig. I. lit. k.

§. IV.

In cadavere viri ad opera publica condemnati obſervationes habui circa foramen

ramen

ramen ovale ſpecioſas ad eundem Valvulæ Euſtachianæ uſum, roborandamque ſtabilitam jam ſententiam contra hypotheſin Meryanam (*a*); ſuppeditant enim illæ invictiſſima argumenta ex ipſo naturæ artificio petita. Erat ſcilicet foramen ovale infra iſthmum ſolito ſiniſterius (*b*) apertum; iſthmus vero foramen ipſum profunde deſcendendo ita tegebat, ut ad illud luſtrandum opus fuerit ejus elevatione, nonnullaque ad ſuperiora reclinatione (*c*). Iſthmus ipſe, ſeu annulus foſſæ ovalis integri inſtar circuli foſſam ovalem circumſcribebat (*d*), paries autem ſinibus intermedius fuit latiſſimus (*e*). Valvula Euſtachiana integerrima & ſatis robuſta obſervabatur, in hoc tamen a conſueto naturæ tramite aberrans, quod cornu ejus poſterius ob ſiniſtram iſthmi partem circulum integrum perficientem, atque ideo dexterius inclinatam ab illa hic ſolito eſſet remotius (*f*). Cum jam ſinum ſiniſtrum aperirem ad penitius aperti foraminis examinanda rudera, ecce ducto

ex



ex parte ſinus dextri ſtylo exploratore, mirari ſatis non potui, quod non penetraret ob membranam valvuloſam tranſitum morantem. Hoc phœnomeno attentior factus cum voluptate vidi: quod plica parietis communis tunica intima attracta duplici mox infra foramen ovale, & ex ejus vicinia novem lineas pariſinas lata, & ad ſeptem fere lineas elevata aſſurgeret (g), ſicque valvula hinc & inde in vicinam pulmonalem venam producta efformaretur, hac vero aſcenſione bina cornicula, dextrum altius & longius (*h*), ſiniſtrum brevius atque declivius (*i*) naſcerentur. Velare igitur ſpatium ad modum valvularum venoſarum cum auricularum communi pariete interceptum apparuit, cujus paries exterior commune ſeptum (*k*), interior vero valvula eſſet (*l*), quæ convexitate ſua in ſinum ſiniſtrum emineret (*m*). Parabolici ſpatii baſis ſive oſtium cavi ita producti (*n*) ob altiorem corniculi dextri aſcenſum, depreſſamque ſiniſtri ſedem verſus auriculam ventriculumque cordis ſiniſtrum

ſtrum ſatis erat inclinatum (*o*), & facile admittebat digitum indicem in ſpatii velaris capacitatem ſat amplam (*p*). Quoties tamen periculum feci in libero ſemilunari veli margine inter cornicula intercepto (*q*), reperi aliquid ſubtenſi, quo videbatur fieri, ut omnis valvula parieti communi eſſet quam maxime vicina, neque ſine rudiore aliqua ejus elevatione foramen ovale, ad ſpatii velaris fundum ſeu valvulæ aggerem (*r*) apertum (*s*), in ſinu ſiniſtro conſpici poſſet. Subtilis illa marginem foraminis ovalis circumſcribens plicula vid §. anteced. & hic non defuit.

(*a*) HALLERUS Element. Phyſiol. Tom. I. §. LI. pag. 392. poſtquam & ſua, & aliorum de hac opinione ſenſa protulit, ita concludit: „ His fere rationibus aliisque, „ quæ me forte fugerunt, factum eſt, ut „ tota nupera ſchola contra Meryum „ ſenſerit, & aliqui Cl. Viri etiam quando tempus litem in Gallia ſedaverat, „ contra novam hypotheſin magni momenti rationes protulerint. „
(*b*) Tab. II. fig. II. lit. D.
(*c*) Ibid. lit. C.



(*d*) Ibid. lit. BBB. Dum hunc annulum describit HALLERUS Icon. anat. fasc. IV. pag. 4. ad N. 4. ait: Superius super valvulæ oram superiorem & anteriorem & arcum refert circularem, ex eo arcu duæ columnæ descendunt, earum dexterior minus eminens rectior est, & paulum introrsum descendit. Sinistra crassior & validior aurem inter & fossam ovalem eminet, & post quam eduxit Eustachii Valvulam, fine paulum introflexo, plerumque desinit, ut sæpe magno intervallo ab ima dextra columna distet. Idem fere statuit in Operib. min. pag. 38. lit. g.

(*e*) Tab. II. fig. II. lit. E. VIEUSSENSIUS illam Tab. XII. fig. I. enormem ex morbo pingit. Hæc nostra omnino ovalis grandisque, intra integrum circulum circumscribentem profunde satis depressa tenuisque, neutiquam autem ex morbo nata fuit.

(*f*) Ibid. lit. F.
(*g*) Ibid. fig. III. lit. B.
(*h*) Ibid. lit. D.
(*i*) Ibid. lit. C.
(*k*) Ibid. fig. IV. lit. E.
(*l*) Ibid. fig. IV. lit. B.
(*m*) Ibid. fig. III. lit. B.
(*n*) Ibid. fig. III. α, β, γ, δ.
(*o*) Oportet notare hujus figuræ situm in hac tabula quidem ad lucrandum spatium


per-

perpendicularem eſſe, qui in naturâ transverſalis, & magis declivis fuerat.
(p) Ibid. fig. IV.
(q) Ibid. fig. III. & IV. β, γ, δ. Hæ litteræ uti inſerviunt ad parabolici ſpatii baſin, ſeu oſtium velaris ſpatii indicandum, ſic ſimul ſeminularem marginem deſignant.
(r) Ibid. fig. III. & IV. δ, ε, ζ.
(s) Ibid. fig. IV. lit. F.

§. V.

Si illorum, quæ hactenus dicta ſunt anacephalæoſin inſtituimus, ea apprime conveniunt cum illis, quæ ſevero examine ex ipſa partium fabrica ſeduli hactenus obſervatores contra MERYUM omnesque ipſi adhærentes evicerunt, & ad præcipuum Valvulæ Euſtachianæ uſum ſtabiliendum adduxerunt. Ipſa hæc obſervata ſuppetidant adminicula, quibus naturam ob illa, quæ hic vel prodiga vel coacta addidit, operantem in actu prehendere & agnoſcere poſſimus. Hinc bene ILL. LOBSTEIN in naturam Valvulæ Euſtachianæ inquirens concludit (a): „Hoc „modo non iners illa eſt valvula, ſed &

 „viri-

„ viribus ſuis muſcularibus inſtructa, qua
„ in re a reliquis valvulis venoſis diſcre-
„ pat, cum aliis vero uſui majori præfi-
„ xis concordat naturæ inſtituto ſapienti.„
Certe hæc valvula prima noſtra in obſervatione conf. §. II. ſummam acquirit prærogativam præ aliis valvulis venoſis, ſi apparatum illum cogites trabis carneæ (*b*), frænulorum jam ad cornu poſterius(*c*), jam a cornu anteriori, ad latiorem valvulæ partem accedentium (*d*); ſi igitur ob intricatas valvulæ noſtræ fibras carneas merito comparetur (*e*) cum valvulis arteriarum ex corde prodeuntium; cur non geminas illas quas obſervavi, valvulis ventriculorum cordis adnumerem? ſimilibus enim non tantum erant roborata frænulis, ſed quod obſervatu pulcherrimum fuit, ipſa ex auricula ſe aptabat papilla (*f*), ſimilis illis ventriculorum cordis, quæ a margine ſemilunari Valvulæ Euſtachianæ firmum, & ſat longum reciperet frænulum (*g*).

(*a*) b, c. §. VII. pag. 13.
(*b*) Tab. I. fig. I. lit. m.


(c) Ibid.

(*c*) Ibid. lit. l.
(*d*) Ibid. lit. q, r, s, t.
(*e*) Ill. Lobstein l. c. §. VII. pag. 12.
(*f*) Tab. II. fiig. I. lit. β.
(g) Ibid. lit. α.

§. VI.

Per illum frænulorum apparatum ad Valvulam Euſtachianam his in obſervationibus repertorum inconcuſſum accedit robur verbis Ill. Lobstein hujus valvulæ uſum ita illuſtrantis (*a*): „ Sic ergo „ parieti firmo his in locis ſanguis inſi- „ ſtit, & valvula iſta oſtio venæ cavæ „ implicita cavitatem ſinus & auris ſcite „ complet. Quod ſi autem uſum quem „ in cadavere experimur, non adeo accu- „ rate hæc valvula præſtat, non omnem „ ambitum venæ cavæ tangens, perpen- „ damus neceſſe eſt, quod imminentis „ ſinus fornix fibris gaudeat muſcularibus, „ quæ ſua contractione perſiciunt id quod „ ſola valvula præſtare non videtur. „ Meis in obſervationibus Valvula Euſtachiana præter vires fornicis habuit etiam ex

fræ-




frænulis, ejus descensum limitantibus, efficacissimas, his præsertim in locis præsentes, ubi vis urgens est impetuosior, in cornu videlicet posteriore, & in valvulæ latissima locis descensui sanguinis venæ cavæ descendentis maxime expositis. His igitur observatis ad evidentiam usque demonstratum esse, contendo: quod hæc valvula impediat, ne imminens venæ cavæ descendentis columna sanguinis recta in venam cavam ascendentem ruere possit, & ascensuro sanguini perpetua impedimenta ponere; dein dum valvula hæc, egregie hoc statuente TREW (*b*), ob situm & insitam vim resistere potest sanguini, qui sub cordis systole a valvulis tricuspidalibus ad auriculam retropellitur, quanto efficacius hoc non præstiterit frænulis roborata? notandum enim: impetum ex duplici jam notata potentia Valvulæ Eustachianæ advenire potissimum sub auriculæ sinusque dextri diastole: dilatata itaque auricula attrahet necessario frænula, quæ quo potentius retracta fuerint,

rint, eo efficacius valvulam contra molem appriment, facientque resistere.

(a) l. c. §. IX. pag. 15.
(b) de Different. inter nasc. &c. pag. 54. & 55.

§. VII.

Neque nimium mihi dicere videor; si his frænulis ad Valvulam Eustachianam adnexis, quæ, uti prius adverti, descendenti sanguini venæ cavæ superioris, & retropulso auriculæ, dum valvulam retinet, obices ponunt, aliam quoque potentiam attribuam adversus sanguinem ex vena cava ascendente advenientem, statuamque: horum frænulorum artificio potissimum fieri, ut sanguis facilius ad fossam ovalem perveniat, valvula his frænulis roborata difficilius in reticula degeneret, sicque limbus valvulæ ovalis in sinu sinistro retro isthmum positus accrescere nequeat, atque foramen ovale etiam in adultis apertum inveniatur. Communis enim, hisque frænulis non instructa & evacuata valvula facile cedit,




dit, cum ad eam ex vena cava inferiore ſanguis urgetur, notante id fideli naturæ interprete ILL. LOBSTEIN (*a*) „ Dum „ auris ſe rurſus reſtituit antea contracta, „ valvula illa venæ cavæ in aurem degene- „ ranti quaſi præbet additamentum, ut „ emineat tota ſua expanſione longius „ verſus auris cavum; fit igitur quaſi tu- „ bus longior, cum oppoſito latere venæ „ cavæ in ſinum abeuntis, qui immedia- „ te continuatur in oſtium ovalis forami- „ nis, ut illud impellere ſanguis valeat, a „ vena cava deſcendente proveniens. „ Ex his ſic infero: ſi iſta contingunt potiſſimum illo tempore, quo auris ſe reſtituit, hoc etiam momento obſervata a me frænula potiſſimum vim ſuam exercere neceſſe eſt: tracta igitur ob dilatatam auriculam & ipſa traxere Valvulam Euſtachii, tubumque fecere & longiorem, & latiorem. Valvula igitur duas inter potentias tenſa parietem elevavit & reclinavit magis, ſicque directioni ſanguinis ad foſſam ovalem apprime faventem effecit.

(*a*) l. c. §. X. pag. 16. & 17.

§. VIII.

Ex ipſo igitur hoc frænulorum ſitu & ordine omni jure id ſtatuere licet, quod Ill. Lobstein de fibris carneis, quæ in fabricam Valvulæ Euſtachianæ intimam ſe inſinuant, ſuſpicatus eſt (*a*): „ Eſſe ſcilicet in cauſa, ut reſiſterent maxime ſanguini in loco, ne poſſet deorſum labi, traherentque quaſi ſanguinem „ verſus oſtium foraminis ovalis in ejus „ valvulæ loculamento hærentem. Eſſe „ fortaſſe & illud, quod ita reſiſteret ſanguis in loculamentum intruſus, ut fibræ „ muſculares ſuam actionem mutarent, „ uti alias eas mutare novimus, trahentque nunc illum annulum ovalem verſus „ oſtium venæ cavæ, cui valvula applicata „ eſt, ut rueret dein hoc modo per foramen „ apertum. „ Ultimo ſane hoc in caſu trabes illa carnea transverſalis (*b*) egregium potuiſſet habere uſum: primo enim Valvula Euſtachii jam roborata ab intruſo in ejus loculamentum ſanguine ex vena cava inferiore, dein plures illæ fibræ carneæ (*c*)

C parie-



parieti Valvulæ Euſtachianæ implantatæ, potiſſimum autem trabes illa transverſim progrediens actione mutata foſſam ovalem verſus venam cavam deprimere deberent, idque eo efficacius, quo majus ſubſidium in hac actione filum illud longioris frænuli propago (*d*), ad trabem illam acceſſorium, vi ſitus conferre potuit.

(*a*) l. c. §. XIII. pag. 23.
(*b*) Tab. I. fig. I. lit. m.
(*c*) Ibid. lit. k.
(*d*) Ibid. lit. p.

§. IX.

Conſiderando metamorphoſes, quas Valvula Euſtachiana ſubit, ut jam præternaturaliter reticulata (*a*) ſit, jam tota valvula in carnis ſimilitudinem abeat (*b*), jam a lineæ latitudine ad dimidiam unciam usque per omnes intermedios gradus variabilis reperiatur (*c*), imo jam in fœtu, rariſſimo tamen exemplo, lacera appareat, in margine filamenta fluitantia habeat, lacerationis indicia (*d*); hæc

in-

inquam confiderando poffet forte objici: frænula a me obfervata, partium jam deftructarum indicia effe ad valvulam hærentia. Verum frænulum illud adeo notabili papillæ carneæ implantatum fatisque robuftum (*e*) hæc objectio tangere non poteft; magis forte fufpecta poffent effe illa, quæ in Tabula I. longa, fluitantia cum trabe connexa reperiuntur. Sed in figura illa exactiffime ad naturam expreffa illud perpendendum omnino eft, quod fitus trabis carneæ profundior fuerit, & verfus auriculam a Valvula Euftachiana remotior, non margini ejus liberæ, fed aggeri dictæ valvulæ potius parallelus (*f*). Frænulum illud, quod a valvulæ cornu anterius furgit, directionem obfervat ufui, ad quod deftinatur, quam maxime congruam; imo cum neceffaria hujus frænuli ad affequendam valvulæ latiorem parietem longitudo vires perderet, atque magna illius gracilitas rupturæ periculum inferret; admirari fatis naturam non poffumus, quomodo filo ad trabem carneam miffo his omnibus cau-



tum ſit (g). Si tandem frænuli hujus implantationem per diviſa certo ordine fila, non ad marginem, in qua deſtructionis rudera potius eſſent reperiunda, ſed profunde ſatis ad illam valvulæ ſuperficiem (*h*), quæ aurem reſpicit, factam fuiſſe perpendimus; non a tempore, non ab impetu, ſed operoſa natura hæc frænula efformata eſſe, non dubitabimus: idque eo minus, quo certius in conſueto naturæ tramite hanc valvulam artificii plenam & fibris muſcularibus duplici loco ſurgentibus inſtructam reperiamus, quæ activæ valvulæ membranaceam partem verſus originis locum, id eſt foramen ovale tendunt. Cæterum ipſas valvulas his frænulis ditatas & illis viribus non fuiſſe deſtitutas per transparentem plicam membranæ, valvulam conſtituentis, apparuit. Penitius vero in illa inquirere, nec neceſſum duxi, nec etiam, quæ Cimeliarchæum noſtrum ornare debuerant obſervata, hac inquiſitione deſtruere volui. Frænulorum natura alba ſubfirma erat, non tamen tendinis natu-

ram

ram referebat; potius diceres fuiſſe tunicam auriculæ intimam in cylindros convolutam, carneasque protractas portiones includentem, per quas tandem cum ipſa valvula cohærebat, aut ut rem dicam, in illam iterum explicabatur.

(*a*) vid. HALLERUM Icon. anat. faſc. IV. Tab. I. fig. 8. lit. z.
(*b*) Idem Element. Phyſiol. Tom. I. pag. 319.
(*c*) Ibid. pag. 317. & oper. m. Tom. I. pag. 40.
(*d*) vid. ILL. LOBSTEIN l. c. pag. 11. in nota f. §. VI.
(*e*) Tab. II. fig. I. lit. α, β.
(*f*) Tab. I. fig. I. lit. m.
(*g*) Ibid. lit. p.
(*h*) Ibid. lit. r, s, t.

§. X.

Veriſſimus igitur eſt ILL. LOBSTEINII(*a*) canon: „ Quod, quotiescunque valvula „ illa fortis ſit, & ita claudere continua- „ verit oſtium cavæ venæ aſcendentis, „ nec limbus ejus fuerit detritus, imo le- „ gitime increverit cum ſinu & aure, to- „ ties in adultis oſtium foraminis ovalis

„ aper-



„ apertum manſerit. „ Veritatem hujus aſſerti tria illa figuris expreſſa (*b*), quæ in Cimeliarhæo noſtro aſſervantur, præparata teſtantur. Et ſane ſi integerrima valvula hoc præſtare debet, uti & illa fortior ſolitoque craſſior (*c*) hoc præſtitit; quanto certius hoc erat exſpectandum a duabus aliis valvulis (*d*), frænulis ab artificioſa natura munitis. Imo licet valvula illa in cadavere capite plexæ reticulata ad partem ejus mediam, cornui anteriori propiorem (*e*), inventa fuerit, & hinc viribus fracta ſanguini venæ cavæ aſcendentis ſatis reſiſtere non potuerit, unicum tamen ejus frænulum robuſtum (*f*) papillæ ſatis inſigni implantatum, tantum ipſi videtur adhuc conciliaſſe virium, ut non obſtante hoc reticulo ſanguinem tamen ſatis potenter ab auricula arcere, & verſus foſſam ovalem determinare, atque ſic apertum quoque ſervare foramen potuerit. Cur autem his in ſubjectis tanto ad Valvulam Euſtachianam apparatu natura uſa ſit, res eſt


ſane

ſane altioris indaginis: an forte ſeverior auriculæ actio, an ſanguinis pondus ſpecifice gravius, an parcior fibrarum carnearum in plicam valvulæ ſe inſinuantium numerus hæc adminicula popoſcerint, conjici facilius, quam ſtatui poteſt.

(*a*) l. c. §. XI. pag. 18.
(*b*) vid. Tab. I. fig. I. lit. d. Tab. II. fig. I. fig. II. lit. D.
(*c*) Tab. II. fig. II. lit. F.
(*d*) Tab. I. fig. I. lit. f, g, h. Tab. II. fig. I. lit. G.
(*e*) Tab. II. fig. I. Lit. G.
(*f*) Ibid. lit. α, β.

§. XI.

Quod Ill. Lobstein (*a*) obſervavit: exiſtente ſcilicet Valvula Euſtachiana integra partem ſemper valvulæ ovalis ſeu parietis auricularis integerini valde tenuem eſſe, triplici etiam hac mea in obſervatione reperi. Sic præſertim ſpatium illud foſſæ ovalis & latiſſimum (*b*) erat, & ſimul tenuiſſimum, atque luci omni in ambitu quam maxime pervium. Reticulatam



latam insuper parietis integerini quibusdam in locis fabricam (c) robustiori itidem Valvulæ Eustachianæ deberi, quis non videt: quoties enim reticulata est, statuit HALLERUS (d): „ Videtur magnum „ conatum sanguinis a vena cava contra „ valvulam nitentis fibras ejus separasse, „ & reticulatam ut in Eustachii Valvula „ fabricam induxisse, quem deinde im- „ petum sustinuit altera crassior posterior „ lamina ad sinum pertinens sinistrum. „ Isthmum crassiorem illis in subjectis, in quibus foramen ovale apertum uti observavit ILL. LOBSTEIN (e), & ipsus habui triplici hac in observatione, præsertim in illa, in qua Valvula Eustachii pluribus frænulis erat munita (f). Quam admiranda & hic est naturæ sedulitas! an non solito crassior circuli ovalis pars immediate supra foramen ovale posita a constrictione auricularum turgida forte recuperat illud, quod a natura neglectum fuisse, male arguitur (g). Dum enim isthmi usum explicat ILL. HALLERUS (h), inter alia notat: „ Crassum


„ sum

„ ſum hunc annulum conſtrictum reſiſten-
„ tias ponere ſufficientes, ut ſanguine ſi-
„ niſteriore valvula ovalis vinci non poſ-
„ ſit, in ſinu dextro vero ſanguis venæ
„ cavæ deſcendentis arceatur. „ Si igitur in fœtu tanta cura; quanto majorem naturæ virtus & ordo requirunt in adulto, in quo hiatus ille claudi non poterat. Ipſus ille vi fabricæ major ad hanc partem ſanguinis impetus ad illam annuli craſſitiem forte non parum contribuit.

(*a*) l. c. §. XI. pag. 19.
(*b*) Tab. II. fig. II. lit. E.
(*c*) Tab. I. fig. I. lit. e e e.
(*d*) Icon. anat. faſc. IV. pag. 4. ad fin. n. 3.
(*e*) l. c. §. XI. pag. 18.
(*f*) Tab. I. fig. I.
(*g*) In triplici mea obſervatione pars columnæ ovalis ſeu iſthmi, quæ immediate foramini aperto imminet, ob craſſitiem ſuam ita deſcenderat, ut non niſi illa ante elevata foramen in conſpectum venerit.
(*h*) l. ant. cit. pag. 5. n. 4.

§. XII.

Si illa naturæ in producenda craſſiore annuli ovalis parte immediate ſupra



apertum foramen ovale ſolicitudo (vid. §. ant.) mira nobis eſt viſa, quanto magis illam merito admiramur in notabili ſinus ſiniſtri (§. IV.) deſcripta valvula. Ad hoc phœnomenon explicandum conſultum omnino erit, conſueta naturæ artificia rimari, quibus in obliterando hoc foramine utitur, ut quid hoc in ſubjecto iisdem, vel forte etiam efficacioribus ſubſidiis fecerit, determinare, rationemque reddere poſſimus, cur luſus hic contingant frequentiores.

§. XIII.

Penitius rem exploranti obſervare contingit, quod natura, quæ primis fœtus temporibus coacta, hanc viam inter utramque auriculam liberam relinquit, dein tota quanta ſit occupata in ſtabiliendis adminiculis, quibus hoc foramen claudi poſſit. Juvat hic contrahere illa, quæ SUMMUS HALLERUS accurate & ſæpe, ut ipſus fatetur (*a*), vidit: Uti enim primis temporibus, quibus nullus in corde dexter

ter eſt ventriculus, & quibus canalis auricularis in utramque jam ſeparatam aurem ducit, totum foramen patet, neque a valvula adhuc arctatur; ſic tertio jam menſe ſeptum auriculare incipit apparere (*b*), & hoc jam tempore valvula ad latera per cornicula (*c*) prolongatur. Pergunt illa creſcere, & ſeptimo jam menſe ſupra iſthmum ſunt poſita, & ſemilunaris, qua exſcinditur, figuræ pars ima ſupra iſthmum apparet; in adulto fœtu duabus; tribusve, etiam 3½ lineis ſuper viam cavas aurium conjungentem valvulæ cornicula elevata ſunt, & ipſa valvula unam duasve lineas ſuæ longitudinis in ſiniſtro ſinu pone iſthmum huic applicatas habet (*d*), & eo robore firmatas, ut, etiam ſi cordi hepar appenſum reliqueris, quod tamen pondere ſuo ad detrahendam valvulam, & abducendam ab annulo perpetua vi utitur, a pariete ſinus valvulæ non recedat (*e*). Corniculis igitur potiſſimum firmatur hæc valvula, ne cedat ſanguini a ſiniſtro ſinu impulſo (*f*). Pergit hæc



vis in infante jam nato augeri, & cornicula in adulto homine, ſemper apparent carnea, firma & valentia. Utilitas cæterum corniculorum minime dubia eſt; firmant valvulam, ne deorſum a ſanguinis fluento depelli, neque ab annulo removeri poſſit, principium quoque & fundamentum futuræ adhæſionis præbent (g).


(a) Tom. VIII. §. XLV. pag. 376.
(b) Ibid.
(c) Ibid. pag. 377.
(d) Ibid.
(e) Icon. anat. faſc. IV. pag. 6. n. 6.
(f) Element. Phyſ. §. XLI. pag. 391.
(g) Icon. anat. faſc. IV. pag. 8.

§. XIV.

Non a vero igitur me aberrare exiſtimo, ſi vim corniculorum, in quæ valvula illa latior, & ſupra foramen ovale altiſſime aſcendens prolongatur (vid. §. IV.) hic ſolito efficaciorem atque hujus prolongationis cauſam primariam dixero. Quid enim rationi & obſervationi magis conſentaneum, quam illa, quæ in conſueto na-

naturæ tramite mediocrem, & analogam exhibent fabricam, cauſis iisdem, ſed efficacioribus in inſigniorem mutari. Videmus jam in architypo valvulæ eam naturam eſſe, ut aliquas lineas ſupra iſthmum in ſinu ſiniſtro ſe elevet (conf. §. ant.): videmus cornicula jam in primis ſuis rudimentis ſemper magis magisque aſcendere. „ Valvula igitur illa notante Ill. „ Hallero (*a*) aſcendit in maturo fœtu „ & in ipſo jam ſeptimeſtri embryone ita „ alte, ut ejus pars ſuperior retro iſthmum ſit, neque, omnibus partibus ſibi „ relictis, ullum foramen appareat. Unice via eſt, quæ oblique ſurſum ducit, „ inter iſthmi faciem poſteriorem & anteriorem valvulæ; obliquus ergo hiatus „ eſt, non foramen, cum ſolidæ partes ſolidis partibus opponantur. „ Cauſas igitur oportet hic valentiores fuiſſe, quæ limbum liberum altius attraxerint. Locus ipſe ad inſolita videtur diſpoſitus, & mutationibus eo evidentioribus expoſitus, quo magis in evolutione partium etiam

ex



ex lege naturæ conſueta mutetur (*b*): quam facili igitur negotio potuit contingere, ut ipſa celluloſa ſolito efficacior harum mutationum præcipua cauſa hoc in ſubjecto fuerit, præcipue, ſi cornicula ipſa in primigenio architypo fuerint nonnihil valentiora. Celluloſam enim omne genus flexionum facere pro vario robore ſuo & pro firmitate fundamenti ſolidi, ad quod adtrahit (*c*), familiaria & quotidiana loquuntur exempla. Firmitas fundamenti ſolidi magna ſane, ſi non maxima, erit quærenda in ſepto auricularum intermedio latiſſimo (conf. §. IV.); circulus enim ovalis inde major, ramisque ſuis magis diſtans cornicula, quæ ſupra illum in ſinu ſiniſtro ſatis alte (conf. §. XIII.) aſcendunt, extendit, cornicula vero ſic extenſa limbum liberum efficacius expanderunt, altiusque elevarunt. His ſi addimus: familiares eſſe in ſinu ſiniſtro præſertim ad illam valvulam naturæ luſus, quales plures ob fibras in variis ſubjectis varia ratione acceſſorias legere poſſumus apud

Ill.

Ill. Hallerum (*d*); omnino perſpicimus: quo artificio factum ſit, ut natura, in foramine obliterando impedita aliis adminiculis uſa ſit, quibus ſedulo protegeret, quod oporteret eſſe clauſum.

(*a*) Icon. anat. faſc. IV. pag. 5. n. 5.
(*b*) Oper. m. Tom. I. pag. 39. pag. 44. fig. 3.
(*c*) Hallerus Element. phyſ. Tom. VIII. §. XIX. pag. 302.
(*d*) Ibid.

§. XV.


Illa igitur (§. IV.) deſcripta latior, longiorque ſolito valvula proxime convenit cum illis, quas Werheyen (*a*), Morgagnus (*b*) & Hallerus (*c*) jam obſervarunt; ſingularis inſuper a Mangetto ex Littrio adnotata obſervatio ſummopere per hanc noſtram illuſtratur, & quod ob illam Littrii obſervationem ſuſpicatus eſt Morgagnus, veriſſimum fuiſſe jam in propatulo eſt. Rei dignitas jubet integrum Morgagni textum hic inſerere ita dicentis (*d*): „ Quin imo in ipſo ſacculi

„ ex-



„ extremo fundo inter hunc & ovalis fo-
„ raminis anticum, ſupremumque mar-
„ ginem adhuc apertam cruori viam per
„ exiguam pluries vidi, ſemel vero ejus-
„ modi, ut manubrioli ſcalpelli acumen
„ nullo negotio in venam cavam transmit-
„ teret, idque in muliere, ſemel denique
„ in viro annos facile quadraginta nato
„ eandem viam usque adeo apertam com-
„ peri, ut apicem ipſum minimi digiti ad-
„ mittere ferme poſſet a parte quidem
„ venæ cavæ; nam quo magis inde ad ſa-
„ culi orificium pergebat, eo magis inſtar
„ conici tubuli contrahebatur. Quæ qui-
„ dem poſtrema obſervatio ut iſti pror-
„ ſus contraria eſt, quam in alio viro Cl.
„ Littrium habuiſſe, refers, ita priores
„ illæ ſuſpicionem injicere videntur, an-
„ non iſtud orificium, quod *a parte venæ*
„ *pulmonaris triplo grandius, quam a*
„ *parte venæ cavæ* Littrius invenit, ad
„ deſcriptum potius a nobis ſacculum,
„ quam ad ipſum foramen ovale pertine-
„ ret, hoc eſt annon minor hiatus quem
„ in

„ ni vena cava conſpexit, ille quidem non „ foramen totum ovale, ſed aliqua dumtaxat ejus pars eſſet ob valvulam non „ undequaque cum foraminis margine „ conglutinatam adhuc aperta; major autem alter hiatus, quem in vena pulmonari vidit, nihil aliud eſſet, quam quod „ nos orificium ſacculi nuncupavimus; „ quod ſane ejusdem ſacculi fundo latius plerumque deprehendimus. „ Rem ita ſe habuiſſe ipſa noſtra in obſervatione, natura oſtendit, & figuræ cum ſacculi (*e*), tum ejus fundi per foramen ovale interrupti (*f*), atque etiam orificii latioris, & venam pulmonalem reſpicientis abunde teſtantur (*g*). Corniculorum igitur vi efficaciori illas valvulæ expanſiones latiores, altioresque adſcribendas eſſe, eo minus mihi dubium eſt, quo magis (conf. §§. XIII. & IV.) in ejus configuratione concurrentes vires varie componi, & ſe mutuo adjuvare poſſint, præſertim in cordis formatione: in qua adfirmante HALLERO (*h*),

vires expansionis, derivationis, adtractionis & pressionis conjunguntur.

(a) Conf. cont. Mery. pag. 428. WERHEYEN dicit: „ Valvulæ accretionem facile observabit in vitulis diversa temporis distantia post nativitatem: videbitque „ illam, dum a parte pulmones respiciente parieti venæ pulmonalis adnascitur, adhuc crescere, & extendi ubi „ cor respicit, itidem postea tanto firmius conjungatur cum eodem pariete. „

(b) MORGAGNUS Advers. anat. V. animadvers. XVI. pag. 23. „ Nos enim quam „ sæpissime vidimus, eam valvulæ partem, „ quæ ultra ovalis foraminis anteriorem, „ inferioremque marginem in fœtu extendebatur, in senilibus etiam corporibus non modo nondum parieti pulmonalis venæ coaluisse, sed instar duorum, vel plurium inæqualium, vel, quod „ frequentius, unius insignis sacculi (*aut* „ *si mavis, valvulæ sigmoidis, sed angustioris, aut denique, ut Werbeyenius* „ *loquitur, insignis sinus*) cujus orificium deorsum nonnunquum, sæpius „ antrorsum spectabat, tum crassiora „ specilla, tum ipsum extremum scalpelli manubriolum inter se, ejusque „ venæ parietem tam alte admisisse, ut „ quod *Werbeyenius* in vitulis diversa

„ tem-

„ temporis diſtantia poſt nativitatem
„ mactatis perſpexit, valvulam videlicet
„ dum a parte pulmones reſpiciente pa-
„ rieti venæ pulmonalis adnaſcitur, ad-
„ huc creſcere & extendi ubi cor re-
„ ſpicit; id in hominibus quoque ve-
„ rum eſſe videretur.

(*c*) HALLERUS Icon. anat. faſc. IV. pag. 9, & 10. n. 11.

(*d*) l. ant. lit. pag. 24.

(*e*) Tab. II. fig. III. α, β, γ, δ, ε, ζ, η.

(*f*) Fig. IV. 1. 2.

(g) Fig. III. α, β, γ, δ.

§. XVI.

Si itaque WERHEYENIUS (*a*) contra MERYUM auctoritate anatomica ſuffultus ita concludit: „ Advertat quæſo ſpecta-„ tor valvulam venæ lateribus adfixam „ eſſe in parte remotiore a corde, ita ut „ neceſſario a ſanguine cor verſus prope-„ rante clauderetur foramen, niſi vi ſan-„ guinis e vena cava irruentis teneretur „ apertum; ſi contra eundem MORGAGNUS ita teſtetur(*b*): „Ovale foramen a par-„ te auriculæ ſiniſtræ ejusmodi valvula

E 2 „ in-




„ instruitur, quæ & ipsum obducere to-
„ tum possit, & cum auricula se contrahit,
„ vi compulsi deorsum cruoris, sursum a
„ foramine abduci nequeat; „ sane duplicis hujus asserti veritatem, quæ (§§. II, III, & IV.) descripsi, observata, valvula scilicet Eustachiana integra, & frænulis munita cum aperto semper foramine ovali, valvula foraminis ovalis in sinu sinistro alte supra apertum foramen ascendens, ad evidentiam usque confirmant.

(*a*) Cont. Meryum pag. 427.
(*b*) l. c. Animad. XVII. pag. 26.



EX-




EXPLICATIO FIGURARUM.

Tab. I. figura I. Siſtit integrum cor. Sectione per venam cavam aſcendentem ad deſcendentem ſuperiorem prope auricularum parietem integerrimum ita ducta, ut dexter ejus ſinus aperiretur, & Valvula Euſtachii integra ſervaretur. Valvula Euſtachii in media ejus parte latiore ſtudio eſt reclinata & inverſa, ut paries ejus auriculam reſpiciens in conſpectum veniret, ſicque inſertio frænulorum melius demonſtrari poſſet.

AAA. Cordis facies plana.
B. Aorta reſciſſa.
C. Sinus Auriculæ ſiniſtræ.
1, 2. Vena cava aſcendens diſſecta.
DDDD. Sinus Auriculæ dextræ apertus.
E. Appendix Auriculæ dextræ.
F. Foſſa ovalis.
G. Aditus Auriculæ dextræ ad ventriculum dextrum.
H. Aditus ejusdem Auriculæ in ſuam Appendicem.

I. Ve-



I. Venæ pulmonales ſiniſtræ ſtudio ita reſectæ, ut foramen unicum in Auriculæ ſinu ſiniſtro pateat, ad faciliorem ſtyli tranſitum.

a. Iſthmi pars ſuperior.

b. Columna tenuis dextra.

c. Columna ſiniſtra craſſior.

d. Foramen ovale infra iſthmum apertum, indicante hoc ſtylo transeunte.

eee. Reticula in foſſa ovali.

f. Valvulæ Euſtachianæ cornu poſterius.

g. Valvulæ Euſtachianæ cornu anterius.

h. Valvulæ Euſtachianæ pars media & latiſſima, reflexa, ut paries ejus auriculæ reſpondens conſpici poſſit.

i. Auriculæ portio poſterior intercepta inter iſthmum ſiniſtrum & cordis oſtium.

k. Fibræ carneæ ex hac ſede ſecedentes.

l. Portio harum fibrarum immediate parieti Valvulæ Euſtachianæ implantata.

m.

m. Altera Portio harum fibrarum in trabem transverſalem collecta,

n. Supra cornu Valvulæ Euſtachianæ auriculæ parti magis anteriori implantata.

o. Filum carneum infra trabis inſertionem ex auricula ſecedens, mox in duo fila diviſum.

p. Filum brevius,quod trabi nectitur.

q. Filum lôngius quaſi fluctuans quod itidem ſecedit in

r, s, t. Tria Fila, quæ Valvulæ Euſtachianæ juncta connectuntur.

Tab. II. fig. I. Sinus dexter auriculæ apertus. Portio auriculæ dextræ & ſepti intermedii vena cava aſcendens aperta. Valvula Euſtachiana.

AA. Portio parietis integerini, ſeu ſepti intermedii.

BB. Sectio per ſinum dextrum ducta.

C. Foſſa ovalis.

DD. Iſthmi dexter & ſiniſter.

E. Portio Auriculæ dextræ.

F. Ve-

F. Vena cava aſcendens aperta & explanata.

G. Valvula Euſtachii non nihil reticulata.

H. Cornu ejus poſterius.

I. Cornu ejus anterius, gracile & ſenſim evaneſcens.

α. Frænulum, tendinis inſtar, ad cornu poſterius accedens.

β. Caruncula, quæ papillæ inſtar ad auriculæ finem poſteriorem prope annulum ellipticum prominebat reſecta, & hac in figura ſurſum ducta.

Fig. II. III. IV. Septum medium oſtendunt inter dextrum & ſiniſtrum cordis ſinum cum appenſis cum ſinuum, tum auricularum laciniis.

Fig. II. Paries ſepti medii auriculæ dextræ reſpondens.

AAA. Latera exſciſſi ſepti inæqualia, forcipe ſine cura ſecante, varie laciniata.

BBBB. Annulus foſſæ ovalis in hoc ſubjecto perfectus, & inferius in ſe rediens.

C.

C. Arcus circularis ſuperior, filo nonnihil prehenſus, ſuperiusque tractus, ut ſub ipſo apertum foramen oculis pateat.

D. Foramen ovale diametro ſat notabili apertum.

E. Foſſa ovalis latiſſima.

F. Valvulæ Euſtachianæ portio ab iſthmo ſiniſtro ſolito remotior.

Fig. III. Siſtit ſuperficiem ſepti auriculis intermedii, auriculæ ſiniſtræ correſpondentem.

AAAA. uti prius.

B. Membrana intima hujus ſuperficiei duplex adſurgens ad veli ſeu valvulæ modum.

C, D. Valvulæ cornicula.

α. Parietis integerini portio ad orificium ſacculi concurrens.

β, γ, δ. Margo valvulæ liber.

ε, ζ, η. Agger, ſeu baſis valvulæ.



Fig. IV. Exhibet valvulam ex una parte a ſepto intermedio reſectam, & reclinatam, ut ad ejus baſin apertum foramen ovale conſpici poſſit.

AAAA, B, E. uti prius.
C, D. Portio valvulæ a ſuperficie ſepti reſecta, & reclinata.
F. Foramen ovale apertum.
1, 2. Fundus ſacculi.

Addenda ad Explicat. Tab. I. figuræ I.

1, 2. Vena cava aſcendens aperta.
3. Vena cava deſcendens collecta, et non explicata.



CAPUT II.

DE UTERO BICORNI ET VAGINA AD UTERUM NON INFRACTA.

§. I.

Cum in cadavere ancillæ Linteonis hujatis filiæ 20 circiter annorum anno 1776 menſe Novembri ex infelici per ſcalas lapſu ſubito exanimatæ (*a*), & beneficio Magistratus Civici (*b*) Theatro anatomico traditæ, ob rariorem ſexus ſequioris cadavera obtinendi occaſionem in partes genitales ſtatim inquirerem, uterique ſitum in corona multorum medicinæ (*c*) & chirurgiæ Candidatorum demonſtrarem, moles eius ſolito major, & notabilis depreſſio in medio fundi me fecerunt quam maxime attentum. Exenteratis poſtea, & præparatis encheiriſi




risii consueta partibus genitalibus, molem hujus uteri solito maiorem, figuramque exteriorem, quæ cor more imperitorum pictorum delineatum apprime referebat, penitius examinavi (*d*), & inveni corpus uteri, ut solet, ellipticum quidem, tam vero insigne; ut anterior tota ejus circumferentia (*e*) decem uncias pedis parisini complecteretur, linea suprema, qua hæc ellipsis terminabatur, & quæ, notante Ill. Hallero (*f*) fundus uteri dicitur, a tuba ad tubam protensa ad tres uncias exporrigeretur (*g*), in hoc etiam a consueto naturæ ordine deflectens, quod in extremitatibus quidem sat convexa, in medio vero notabiliter depressa (*h*) esset. Latera huius ellipseos ad se invicem convergentia æquabant 2 & ½ unciam (*i*); Latus imum, sive semiellipsis supremæ opposita in cervicem patens unciæ unius erat (*k*). Ceterum facies anterior, ut solet, planior, posterior convexior fuit, lateribus pene in aciem extenuatis. Altera pars uteri, cervix, cilindrica fere figura,

&

& longitudine perpendiculari unius unciæ & quinque linearum (*l*), fini convexarum linearum lateralium corporis ſui adaptabatur, & inferius in os uteri internum terminabatur. Tota longitudo a medio fundo ad finem usque oris uteri interni trium unciarum & trium linearum fuit (*m*). Vagina ut ſolet, amplectebatur infimam cervicis partem, & ante recti inteſtini finem in parte poſteriori & inferiori pudendi muliebris finiebatur oſculo contracto. Hymen laciniatum quidem (*n*), integro tamen fere annulo vaginæ adhuc continuum fuit.

(*a*) Cranium fiſſuras habuit plurimas. Vide in ſequenti capite deſcriptionem harum fiſſurarum, notabilisque inde natæ aurium hæmorrhagiæ.

(*b*) Cadaver iſtud uti plura alia, in quæ nullum mihi ex voluntate SERENISSIMI ELECTORIS jus erat, potiſſimum Prænobili Conſuli D. SPIZEL de incremento artis noſtræ utpote in bonum publicum redundante apprime ſolicito adſcribo. Cum de ſepultura huius ancillæ *Linteonis* filiæ ageretur, reliquos *Linteones* funus pro more concomitari renitentes, auctoritate



tate ad hoc officium compulit, ſicque præiudicia plebis, ut ſolertiſſimum conſulem decet, expugnavit.

(*c*) Inter illos diſcipulos fuit Cl. Goethe jam Poliater Mannhemienſis, qui in adverſariis Medico - Academico Heidelbergæ 1778 inauguraliter defenſis de hoc utero jam mentionem fecit; tempore & abſentia factum fuiſſe, credidero, quod hunc uterum quoad figuram externe a conſueta figura non receſſiſſe, l. c. pag. 12, male ſcripſerit.

(*d*) Vid. Tab. III. in qua figura ad naturam, & ſecundum dimenſiones ex præparato deſumptas eſt delineata.

(*e*) Vid. Tab. III. lit. O P E P O N.

(*f*) Element. Phyſiolog. Tom. VII. Sect. II. Libr. XXVII. §. VI. pag. 52.

(*g*) Vid. Tab. III. lit. O O.

(*h*) Ibid. lit. N.

(*i*) Ibid. lit. O P.

(*k*) Ibid. lit. E R Q.

(*l*) Ibid. lit. N E R Q.

(*m*) Ibid. lit. N Q.

(*n*) Ibid. lit. C C.

§. II.

Jam monui poſt demonſtrationem ſitus uteri & pudendi, conſueta encheireſi partes genitales fuiſſe exenteratas, & præpara-



paratas, quo exantlato labore in altera demonſtratione ſectionem vaginæ & vteri inſtitui, ſecando per vaginæ partem poſticam ita: ut *hac methodo Halleriana* (*a*) vaginæ rugæ anteriores melius demonſtrari, & exactius luſtrari poſſent. Vagina parte anteriore pulcherrime erat rugoſa (*b*), & in profundiore rugas habuit etiam ſat notabiles. Corpuſculum, quod glandulam infartam & ſat turgidam referebat, in parte vaginæ, anteriori orificio uteri interno vicina, prominebat (*c*). Exploratore per orificium uteri internum ſecundum medium eiusdem axem immiſſo, & per cervicem ducto, reſiſtentiam aliquam percepi, ita ut jam hanc jam illam in partem inſtrumentum agendo, illud mox dexterius, mox ſiniſterius altius profundiusque penetraret. Ob molem uteri ſolito maiorem jam ante attentus, hoc phœnomeno adhuc attentior factus retraxi exploratorem, & ad eam altitudinem ſolum reliqui, ubi reſiſtentiam primo perceperam, & ſuper illum ſectione per labium orificii uteri

in-



interni posterius, posterioremque cervicis partem ducta vidi: exploratori uteri substantiam intermediam, quæ cervicis parti supremæ tam anterius quam posterius erat continua, restitisse, & hic duo efformasse ostia dextrum nempe & sinistrum, quæ in duos loculos ducebant reliquum uteri corpus ex utroque latere ad fundum usque occupantes Pulchra tunc erant visu in cervicis partem supremam (*d*) duo patula orificia. Hærebat non nihil animus in destr endo admirabili illo naturæ ludentis artificio, sed consilio ex arena petito, dextrum loculum seu cornu immisso per ejus medium supra exploratorem forcipe ad tubam fallopianam usque (*e*), eamque non nihil continuata sectione dissecui (*f*), & tum cavum duos digitos longum (*g*), superius valde acuminatum (*h*), in medio 9 ½ lineas latum (*i*), prope privum ejus orificium ad cervicem patulum, & nonnihil contractum (*k*) observavi. Septi intermedii utrumque loculum separantis, & cum parte cervicis suprema anterius & posterius con-

continui craſſities erat ſeptem linearum (*l*). Subſtantia utriusque cornu ceruici propior (*m*) quatuor, prope tubam autem magis magisque extenuata (*n*) duarum linearum fuit. Cum alter loculus, ſiniſtrum ſcilicet cornu adhuc eſſet integrum, ſpatiumque occuparet in corpore uteri priori perfecte æquale (*o*), hac induſtria obtinui, ut pulcherrimum præparatum hujus uteri bicornis, quod cimeliarchæum noſtrum iam ornat, orificium cornu ſiniſtri adhuc habeat integerrimum (*p*), ad cervicem longitudine ſex linearum & latitudine duarum & $\frac{1}{2}$ lin. transverſim patulum. Craſſities ipſa uteri in cervice, qui unum digitum & quinque lineas (*q*) in longitudine habet, intusque ſine ovulis Nabothi pulcherrime rugoſus eſt (*r*), 4 $\frac{7}{10}$ linearum fuit (*s*). Rudimentum futuri ſarcomatis ad ceruicis partem ſupremam prominebat (*t*).

(*a*) Icon. anatom. Faſc. I. uteri mulieb. partiumque ad eum facientium explanat.
(*b*) Tab. III. lit. A A A.
(*c*) Ibid. lit. T.



(*d*) Tab. III. Fig. I. lit. E.
(*e*) Ibid. lit. FFFF.
(*f*) Ibid. lit. a.
(*g*) Ibid. ab H in E.
(*h*) Ibid. lit H.
(*i*) Ibid. lit. G.
(*k*) Ibid. in vicinia inferiores FF.
(*l*) Ibid. lit. I. Eſt ſepti pars diſſecta a reliqua cornu aperti ſubſtantia, quæ eadem craſſitie pergit inter duo cornua intermedia ad ipſam fundi uterini depreſſionem N notatam.
(*m*) Ibid. lit. K.
(*n*) Ibid. lit. O dextri lateris.
(*o*) Ibid. lit. LLL.
(*p*) Ibid. lit. M.
(*q*) Ibid. lit. ERQ.
(*r*) Ibid. lit. R.
(*s*) Ibid. lit. DD. ſup.
(*t*) Ibid. lit. S.

§ III.

In cadavere aniculæ nec nuptæ, nec unquam puerperæ, ſexaginta annos natæ, etiam ex infelici lapſu non quidem uti prior ancilla ſubito exanimatæ, ſed ſeptimo demum die ad finem Januarii hoc anno demortuæ cum partes genitales coronæ can-

candidatorum frequentiſſimorum demonſtrarem; luſus naturæ inueni tam in vagina quam in utero ſummopore ſingulares, & cum hoc ipſo tempore in conſcribenda jam prioris obſervationis hiſtoria occuparer, attonitus, & quaſi dubius hæſi: an magis opportunam hanc occaſionem, an vero duorum cadaverum analogo fato exanimatorum analogam etiam uterorum ſingularis configurationis naturam admirarer. Uterus, cum eius ſitum in pelvi demonſtrarem, ob ſingularem præſertim ejus conformationem (*a*) & me, & omnes adſtantes quam maxime ſuſpenſos tenuit. Prominebat ſcilicet inter ligamenta uteri lata in medio maſſa aliqua informis, varie tuberoſa, tubere inferiore & vaginæ proximiore ſatis notabili & oblongo (*b*), quod autem in medio inſigniter diminuebatur, ita tamen, ut hujus maſſæ ſubſtantia, quæ hic non nihil circum circa contrahebatur (*c*), ſuperius iterum in ſat notabile tuber in facie poſteriore elevaretur (*d*); in facie autem anteriore nihil ſimile obtine-

 ret,



ret, ſed ipſa uteri ſubſtantia hic ſentiretur magis extenuata. Hoc tuber in duas laterales portiones ſe expandebat valde notabiles (*e*), portio tamen dextra (*f*) major erat ſiniſtra. Aſcendebant hæ portiones non nihil, & ſenſim magis magisque anguſtatæ in ipſas finiebantur tubas (*g*). Lateralium harum portionum aſcenſus fecit, ut in illo medio, quod in utero bene formato mediam fundi partem facit, ſat notabilis naſceretur depreſſio (*h*), ellipſisque uteri fundi exterior inter tubas hic non convexa, ſed notabiliter concava appareret. Ovaria erant valde exigua (*i*). Ceterum ſubſtantia hujus uteri informis in tunica ſua extima peritonei ita recondebatur, ut ſimplici viſu in univerſum, tubera ſi excipias, non tam videri, quam digito palpari, datum fuerit (*k*). Vaginæ oſculum ſatis contractum quidem fuit, hymenis autem ex parte ſiniſtra, ſi rugam aliquam eminentem (*l*) excipias, ne veſtigium quidem aderat, cum econtra ex parte dextra lacinia aliqua magis oblon-

ga,

ga, quam lata, & craſſiuſcula ſupereſſet (*m*). Reliqua vagina, ut ſolet, canalem referebat in univerſum cylindricum.

(*a*) Vid. in Tab. III. quæ hunc uterum ad naturam ex facie ſua poſteriore delinetum exhibet.
(*b*) Ibid. lit. O.
(*c*) Ibid. lit. P.
(*d*) Ibid. lit. Q.
(*e*) Ibid. lit. R R.
(*f*) Ibid. lit. R dext.
(*g*) Ibid. lit. T T.
(*h*) Ibid. lit. S.
(*i*) Ibid. lit. V V.
(*k*) Ideo umbrarum multum in hac figura opus fuit, cum obſcure hæc uteri informis maſſa quaſi velo involuta appareret ob vaginam diſſectam ex parte poſtica inteſtino recto reſpondente. Uteri facies poſterior hic eſt delineata, anterior ab illa in cervice vix differebat.
(*l*) Ibid. lit. G. ex parte ſiniſt.
(*m*) Ibid. lit. G. ex parte dext.

§. IIII.

Vagina ex parte poſtica inteſtino recto reſpondente diſſecta cum eſſet, inveni verucas callofas duriuſculas in interna



vaginæ facie ita dispositas, ut in duas principes columnas, superiorem (*a*), & inferiorem (*b*) congregarentur. Superior, quæ sub urethra fertur, erat contractissima verucis confertissimis, & ita coniunctis, ut columnam oblonge tumidam minus quam pro more latam, crassiorem (*c*) tamen referret. Eædem illæ verucæ inferius ad ingressum vaginæ magis magisque, & tam arcte colligebantur, ut duo sat notabilia tubera (*d*) inde nascerentur, quæ prominentia ipsam vaginæ tunicam intimam quasi replicabant, & cœcum formabant ventriculum (*e*), duobus illis ad urethræ egressum reperiundis non absimilem. Ipsa illa tubera intermedium sinum cœcum habuerunt (*f*), qui illa dividebat, ut solent esse amygdalæ faucium. Infra hæc tubera anterius levissima fuit vaginæ superficies intima, aliqua parte ad ingressum orificii usque protracta (*g*). Inferior papillarum columna, quæ ano incumbit, rugis erat plena confertissimis ex parte sinistra in duplicem quasi plicam (*h*) dissemi-

natis.

natis. Harum exterior (*i*) evidentiſſime præſenti quondam hymeni implantabatur, utpote rugæ ex hymene reliquæ connexa. Pars dextra minus quidem plicata, rugis tamen plurimis continuabatur ad oblongam craſſiuſculamque laciniam (*k*). Prima vero pars vaginæ ultra dimidium fere leviſſima fuit (*l*), & prope uterum *ductum habuit non infractum*: neque, ut fieri ſolet, cum ipſo utero ductus antrorſum deſcenderat, ſed infra uterum, aut ſi mavis, uteri informem maſſam pergebat ita, ut mirabili ſpectaculo in loco orificii uteri interni alias prominentis *continua*, *nec rugoſa*, *nec cicatriſata*, *ſed integerrima & leviſſima vagina ſine cœco* finiretur (*m*), in cujus medio crificii interni loco vallecula apparuit (*n*) cum exiguo aliquo foraminulo (*o*), ſetam porcinam unice admittente, quæ per illud in connexam uteri ſubſtantiam penetraret facili ſatis negotio (*p*). Specioſa hæc obſervatio una cum illa §. I. & II. in duplici præparato fidem facit; & hæc eſt cauſa, cur ſectione in ori-

ſi-



ficium hujus uteri internum non penitius inquisiverim; cum alias vaginæ tubum non infractum vel discindere, vel ab utero separare oportuisset. Quantum autem palpando res indagari potuit, os uteri consuetum hic non adfuit, sed ejus loco informem, crassiusculam, ad vaginam terminatam substantiam mihi adpercepisse sum visus.

(*a*) Tab. IV. fig. I. lit. I.
(*b*) Ibid. lit. NN.
(*c*) Ibid. lit. I.
(*d*) Ibid. lit. KK. Hæc tubera videntur rudimenta esse, quæ in certis subjectis prolongata, uvulæ similes, de pudendo eminent. De hac prominentia egregie ILL. HALLERUS *Icon. anat. fascic. II. de utero ad finem not. g* ita dicit: *Turbo membraneo carnosus, rugosus in ingressu sinus muliebris, basi ipsi cohærens, apice libero foras super cutem labiorum propendens.* Priori anno in femina capite plexa, cum partes genitales externas demonstrarem, primo intuitu carunculam totam bifidam, qualem MURALTUS *Vadem. anat. pag.* 421. habet, sat notabiliter extra pudendum prominentem observavi.
(*e*) Ibid. lit. L.

(*f*) Ibid. lit. L g.
(*g*) Ibid. lit. M.
(*h*) Ibid. lit. e e.
(*i*) Ibid. ex part. ſiniſt. (*e*) magis ext.
(*k*) Ibid. lit. f.
(*l*) Ibid. H ſuperius.
(*m*) Ibid. lit. b b b.
(*n*) Ibid. lit. c.
(*o*) Ibid. lit. d.
(*p*) Ibid. fig. 2. lit. d.

§. V.

Uteri ipſius informis intimam ſtructuram ita rimatus ſum: ſectionem ſcilicet longitudinalem per corpus illud oblonge tuberoſum, cervicem referens (*a*), inſtitui, ita tamen, ut ejus portio inferior ad vaginam terminata, ipſiusque etiam vaginæ finis cœcus una cum foraminulo ad uterum patulo manerent integra (*b*). Penetravi tandem cauta ſectione per ſat craſſam illam uteri ſubſtantiam, ſeta per foraminulum immiſſa jam in conſpectum veniente, in cervicis cavum. Intima cervicis ſuperficies erat pulcherrime plicata (*c*). Supra ſetam tanquam ſtilum explorato-



ratorem continuavi verſus ſuperiora ſectionem per uteri carnem hic, uti ad cervicem, ſatis craſſam (*d*). Cervicis cavum, quo altius verſus uteri partem contractam pergeret, magis magisque anguſtabatur (*e*). Seta has anguſtias patienter perveſtigavi, quæ inclinato non nihil utero penetravit altius, & quidem in ſuperiorem uteri portionem itidem tuberoſam. Super hanc ſetam continuata cautiſſime ſectione, ſenſim incipiebant non nihil imminui anguſtiæ, ipſusque ſic modice dilatatus canalis (*f*) finiebatur ad ſubrotundam foramen (g), per quod ſeta tranſierat, jam in ſpatioſo loco facile huc illuc movenda. Foramen a membrana uteri intima in plicam hic non nihil protracta elegantiſſime circumſcribebatur (*h*). Sectionem deinde & per hoc foramen continuavi, dividendo ſcilicet tuberoſam illam ſubſtantiam, quæ corpus uteri potiſſimum conſtituebat (*i*), & ſic cavum inter labia diſſecta ſe mihi obtulit, quod glandem plumbeam facile admiſiſſet (*k*). Hoc quaſi atrium in-

ter-

termedium latiſſimo, duplici orificio (*l*), & ſubovali cum duobus evidentiſſimis cornibus communicabat, & ſic in illa continuabatur, ut cornu dextrum evidenter craſſius, longiusque appareret (*m*), cum cornu ſiniſtrum ſat notabile quidem, priore tamen minus eſſet, indeque fieret, ut informis illa per tunicas apparens maſſa dexterius magis, quam ſiniſterius mole emineret. Sectionem tandem produxi ex hoc uteri cavo in cornu dextrum (*n*), hacque operatione reperi vera uteri carne (*o*) circumſcriptum ſat amplum cavum (*p*), digiti auricularis ultimum articulum facile admittens, quod ſenſim magis magisque decreſcente carne (*q*) anguſtius in ſibi continuam tubam (*r*) deſinebat.

(*a*) Tab. IV. fig. 2. lit. CCCC.
(*b*) Ibid. lit. bbb.
(*c*) Ibid. lit. e.
(*d*) Ibid. lit. CCCC.
(*e*) Ibid. lit. f.
(*f*) Ibid. lit. g.
(*g*) Ibid. lit. h.
(*h*) Ibid. lit. ii.



(*i*) Ibid. fig. 3. lit. A A A A.
(*k*) Ibid. fig. 3. lit. B.
(*l*) Ibid. lit. aa.
(*m*) Ibid. fig. 1. lit. R dext.
(*n*) Ibid. fig. 4. lit. D E E.
(*o*) Ibid. fig. 4. lit. C C C.
(*p*) Ibid. fig. 4. lit. D.
(*q*) Ibid. fig. 4. lit. d.
(*r*) Ibid. fig. 4. lit. e.

§. VI.


Quoties Ill. Hallerum (*a*) cum aliis contra Galenum ſtatuentem lego, quod is uterum humanum non diſſecuerit, ſimulque mecum perpendo cumulum illum obſervationum circa uteri fabricam diverſam (*b*); hæret ſemper animus, an non ideo Galenus, notante Hartmanno (*c*), obvolverit ſe tenebris, quando debebat de utero dicere, quia in ſumma cadaverum humanorum penuria ſemel in cadaver muliebre incidit, in quo uterum naturalem, alia vice, in quo bicornem vel ſaltem ipſi analogum reperit; in bivio itaque conſtitutus minus præciſe de illo dixerit, quam antiquior Soranus (*d*), qui uterum huma-

num

num figuræ naturalis invenit, & optime descripsit. Ipsus sane HALLERUS, cum observaret septum uteri ex tribus iugis compositum (*e*), sententiam de veteribus latam ita mitigat: „ Huiusmodi septum in ipso „ corpore humano nondum videram, & „ excuso adeo veteres, qui magno con- „ sensu uterum fœmineum bifidum, inque „ duos sinus divisum fecerunt. De hac lite literaria ego non decidam, sed potius observationem a me factam exactius ad limam revocabo, examinando, an uteros illos vere *bicornes* appellare liceat, & comparando, quid similes jam factæ observationes cum meis habuerint *commune*, vel ab illis *alienum*, statuendo tandem: Quid & his observationibus de conceptione, superfœtatione, aliisque partium genitalium phœnomenis concludendum sit.

(*a*) Element. Physiolog. corp. human. Tom. VII. Part. II. pag. 55.

(*b*) Vid. GRAUELII conject. de superfœt. Argent. 1738. HALLERI comment. in prælect. BOERHAAVIANAS Tom. V. §. II. EISENMANNI quatre Tables anatom. re




present. une observ. tres rare d'une double matrice, Strasbourg 1752. His observationibus collectis potissimum accedunt novæ PH. ADOLPH. BOEHMER observat. anat. rarior. fascic. II. observat. V. Halæ Magd. 1756. SANYER DU LAC Journ. de Med. Tom. VI. A. 1757. ACRELL Königlich Schwed. Akad. der Wissenschaften auf das Jahr 1761. Kaestners Uebersetzung 23. B. 306. S. CASPARI M. FORLANI rariores observat. med. pract. anat. Decas 1. Venetiis 1767. PURCELL. Philosoph. transact. 1774 & 1775. J. CALLISEN societ. Med. Havniensis collect. Vol. 1. 1774. Uteri duo in femina, quæ peperit cum vagina unica in Chirurgiska hændelser Anmerk. k. Lazareth. Stokholm 1775. WALTER Nouveaux Memoir. de l'acad. Roy. des sciences & belles l'ettres de Berlin. An. 1774.

(*c*) de perit. vet. anat. pag. 23.

(*d*) L. de vulva & muliebri pudendo interpret. F. RASARIO apud Morellum 1556. Latine C VESALIO Venet. 1604. Fol. De hoc libro ita notat ILL. HALLERVS in Biblioth. anat. Tom. 1. pag. 72. „ Exiguus est libellus & humana anatome „ notus. Uterum enim nusquam bicor„ nem facit, & differte negat, ut in ani„ malibus, convolutum esse. neque male cum cucurbita medica comparat, ei etiam

fun-



„ fundum tribuit, qui in animalibus nul-
„ lus eſt, & oſtium, & cervicem du-
„ plicem.

(*e*) Icon. anat. faſcic. II. uter. fig. II. lit. F. not. a.

§. VII.

Ill. Hallerus uterum bicornem, atque ipſas complurium auctorum J. C. Bauhini præſertim, J. Sylvii, Catti & Boehmeri obſervationes mihi quidem ſequentibus verbis videtur in dubium vocare (*a*): „ Denique, ſi fides auctoribus poteſt „ tribui, etiam uteri vere bicornes, qua- „ les ſunt in animalibus, in fœmina viſi „ ſint „. Juvat igitur in has obſervationes exactius non nihil inquirere, & adnotare, quibus rationibus potiſſimum perſuaſi celeberrimi viri hos utetos *bicornes* (*b*) dixerint; potiſſimum autem Catti textum integrum (*c*) hic inſerere non inutile, multisque pergratum judico, cum ipſi Hallero ob ſummam libri raritatem ex titulo ſolum notus fuerit (*d*), Morgagnus e-

con-



contra amare ita conqueratur (*e*): „Fran-
„ ciſcus Antonius Cattus anatomicus Nea-
„ politanus non ita contemnendus, ut ig-
„ notus eſſe debuerit iis, quantum video,
„ omnibus, qui de Medicis aut Anatomi-
„ cis ſcriptoribus egerunt, primam in mu-
„ liere quadam revera bipartiti uteri diſſe-
„ ctionem tradidit„. En Catti verba (*f*):
„ Fundus uteri eſt, cuius magnitudo in adul-
„ tis tanta eſt, quantam quis manu penitus
„ concludere poſſet. Figura ei rotunda,
„ quæ ad oblongum tendit, quo vero ad
„ anterius & poſterius depreſſa, pars ſupe-
„ rior in obtuſum ſemicirculum deſinere
„ conſuevit, ſemicirculi hujus extrema &
„ quoquo pacto prominentia, nuper na-
„ ſcentis vituli capitis, cuius cornua erum-
„ pere nondum cœperunt, ſimilia uteri
„ cornua appellanda ſunt; in quæ inſeri
„ vaſa ſemen deferentia diximus. Duas
„ habet tunicas, quarum externa perito-
„ næi pars eſt, reliqua peculiaris ſubſtan-
„ tia, craſſa, nervoſa, omni fibrarum ge-
„ nere prædita. Interior ſuperficies, figu-
ra

„ ra exteriori reſponderet, niſi ſuperior „ pars quoquo pacto depreſſior eſſet, ut „ univerſam cavitatem in dextrum & ſini- „ ſtrum dirimere velle videatur, licet ali- „ quando mulieris uterum diſſecuerim, cu- „ jus ſuperior pars ſemicirculi modo cava „ erat, ut in duos manifeſtos apices deſi- „ neret, inſtar novæ lunæ, qui cornubus a „ Gal. deſcriptis maxime reſpondebant. „ In interiori autem cavitate, a media ſu- „ periori regione ſeptum oriebatur paulo „ tenuius, quam reliqua fundi tunica, ad „ regionem usque orificio uteri viciniam „ protendebatur, qui univerſum fundum „ in duas cavitates, dextram & ſiniſtram „ dividebat„. Tardior non nihil eſt Joannis Bauhini obſervatio, qui, referente fratre ſuo Casparo Bauhino (g), circa annum 1565, dum ordinarius eſſet Lugdunenſium medicus, & chirurgis anatomen demonſtraret, „ in quadam puella uterum „ bipartitum, qualem canes habent, ob- „ ſervavit: quod ut rem valde raram do- „ ctiſſimis medicis Lugdunenſibus, ac mul-

„ tis



„ tis aliis demonſtravit, ſubjungens: Ea-
„ dem ergo de re anatomici, ſi mulierum
„ corpora talia occurrunt, cogitabunt,
„ cujus nomine hoc proponere libuit. „
RIOLANUS (*h*), poſtquam modo citatum
BAUHINI locum attuliſſet, addit: „ Obſer-
„ vavit etiam SYLVIUS in puella uterum ve-
„ luti bicornem ut in multiparis „. BOEH-
MERUS (*i*) autem uterum ſuum ita deſcribit:
„ Uterus ſepto communi diviſus, ſicuti in
„ brutis bicornis ex duobus in medio con-
„ cretis cornibus coalitus adparebat,
„ quodlibet vero cornu proprio ſuo gau-
„ debat orificio, ac in interno cujusvis
„ ambitu, ejusque parte, quæ alias in na-
„ turali uteri forma cervix vocatur, val-
„ vulis, cellulisque exiguis, ovarium Na-
„ bothi indicantibus, inſtructum erat. Va-
„ gina duplex intus rugoſa ſeptum fecit ad
„ mediam & ſuperiorem usque uteri bicor-
„ nis partem protenſum, in vagina ſpurium
„ & inſtar mediaſtini, a mutuo duorum
„ quaſi propriarum vaginarum, ope telæ
„ fibroſo - celluloſæ adunatarum, contactu
„ com-

„ compoſitum fuit. Quamvis vero ad ute„ rum usque ſeparari potuerit, ibidem ta„ men compactiorem induit ſtructuram fi„ broſam, ut amplius dividi haud potue„ rit, ſed commune utriusque cornu fa„ ctum fuerit ſeptum. Vagina itaque du„ plex intus rugoſa, papillaris, valvuloſa, „ lacunis, ſuperius prœcipue, obſita pro„ pria uteri bicornis amplectebatur orifi„ cia ovalia„. Quantum autem deſcriptiones iſtæ cum charactere uteri bicornis conveniant, aut ab illo diſſentiant, in ſequentibus §§. indagabo.

(*a*) l. ant. cit. pag. 51.

(*b*) Video obſervatores multos nomina uteri *bicornis*, *bifidi*, *ſemiduplicis*, *duplicis* promiſcue ſumere. Sic. Ill. Bagard in hiſt. Acad. ſcient. Par. An. 1752. ſuum uterum duplicem nominat, qui tamen omnino cor, ut pictores imperiti hoc delineare ſolent, jam in figura exteriore referebat, & intrinſecus ad cervicis partem ſuperiorem in duos ſecedebat loculos. Ipſus Eisenmannus ad Tab. 1. in not. a diſerte dicit: „ Je ſuis bien aiſe „ d'avertir d'entrée que j'entends par „ uterus doubles ceux qui ſont diviſés en




„ deux cavités, ſoit qu'ils ſoient diviſés „ à l'aide dune cloiſon en deux cavi- „ tés poſées l'nne à coté de l'autre, ſoit „ qu'ils ſoient furchus en guiſe de cor- „ nes, quant bien même ils n'auroient „ point *deux orifices internes*. „ BOEHMERUS l. cit. pag. LIX. in hanc explicationem EISENMANNI optime notat: „ Laudatus vir non bipartitos tantum „ uteros, hoc eſt, ſepto quodam in duo „ cava ſibi mutuo ad latus poſita diviſos, „ verum & biſulcos in modum duorum „ cornuum divaricatos, ad duplices in „ ſenſu latiori retulit, in ſtrictiori vere „ ſignificatu uteros ex duobus ſibi invi- „ cem contiguis compoſitos revera du- „ plices nominavit. ACRELL in acad. Reg. ſuec. 1761 uterum vere bicornem (vid. ſig. ejus II.) duplicem nominat (eine doppelte Bärmutter), cum tamen hic uterus unico communi orificio lit. a deſignato ſe aperiret. ILL. CALLISEN collectan. ſoc. med. Havn. volum. I. pag. 147 & 148. ad evitandas vocis ambiguitates uteros variæ configurationis ad determinatas optime ſpecies ita reduxit: „Inter hujus generis uteros non nulli inventi ſunt *bicornes*, alii *biſidi* uno communi orificio in vaginam hiante donati, alii *bipartiti* duobus ſeparatis orificiis uteris in communem vaginam patulis inſtructi, alii denique, quorum *ſingula cava uterina proprio orificio propriaque vagina* ſunt prædita,,.

(c) Cl. Feusserum Medicinæ Doctorem, jam Physicum Andernacensem, Anno 1774, 75, & 76 meum contubernalem, cum 1777 collegia clinica Ill. Stollii dignissimi de Haenii successoris sequeretur, rogavi, ut textum Catti mihi procuraret uterum bicornem concernentem. Beficio itaque Ill. Stollii amici mihi colendissimi, *cui hic publicas grates ago*, factum est: ut rarissimi hujus libri ipsi copia fieret, & Feusserus ad me ita scriberet: Viennæ decima Decembris 1777. „ En quæ ad uterum bicornem spectare „ mihi quovis modo videbantur, accu- „ rate & fideliter descripta ex Catto. „ Liber continet 35 capita in octavo ma- „ scule & terse conscriptus, vitiis autem „ typographicis fere scatens. Exemplar, „ unde excerpsi, extat in bibliotheca „ Windhagiana apud PP. Dominicanos, „ Titulus est sequens: *Isagogæ Anatomicæ* „ *Francisci Antonii Catti lucani, Neapoli* „ *chirurgiam & anatomen profitentis. Nea-* „ *poli excudebat Raymundus Amatus M. D.* „ *L VII. mense Decembri.*

(d) Biblioth. anat. part. II. in addendis pag. 758.

(e) Lib. I. de sedib. atque caus. morbor. Epist. III. art. 21. pag. 23.

(f) Capit. 20. Mulier. gener. organ. descriptis uteri vasis, eiusque ore, cervice pag. 73.



(g) in appendice ad ROUSSET hyſterotomotok. pag. 227.

(h) Antropogr. Lib. II. c. 35. pag. 197.

(i) RIOLANO, qui authoritate SYLVII mentionem facit uteri bicornis in ſua antropographia Pariſiis primo 1618, & ſecundo 1626 edita ſubiungi poterit analoga obſervatio Chriſt. Franciſci PAULINI ad finem ſeculi decimi ſeptimi in Ephem. N. C. anno 1687 Decur. II. ann. 5. in appendice pag. 68. reperiunda, quæ mirabilem uteri figuram ita exponit. „Cadavere aperto, præſentibus teſti„bus fidei plenis D. Joh. Andr. Len„zern paſtore loci, marito, obſtetrice, „Joh. Conrad. MYSIO Chirurgo aulico „rhomhildenſi vidit KELLERUS noſter „uterum bicipitem, & circa orificium „ejus internum aliquod longius pro„pendens corpus, ſeu molem rotundam „magnitudine caput infantis æquans, „quod ſuperiori ligamento quodam fir„miter adnatum erat, & ſurſum deor„ſumque, ut vides, tolli, moverique „poterat.„ Sane figura uteri l. c. delineata duos inſignes protuberantes *tumulos*, ſeu colles vel *capita* (ut *ipſus Paulini dicit*) refert, quæ in fundo uteri notabili depreſſione ſeparata ſunt, & inſigniter diſtant. Ad uteri bicornis naturam igitur quam maxime accedunt; rotunditas



tas enim horum tumulorum, cornuum non exacte figuram exprimens, partim expansionibus uteri ex graviditate inductis, & ob mortem altero partus die insequentem necdum mutatis omnino videtur esse adscribenda; partim etiam figuræ jam in primogenio hujus uteri architypo existenti.

(*k*) Observat. anat. rar. fascic. II. observ. V. pag. LVIII. & pag. LIX.

§. VIII.

Uteri bicornis, uti in animalibus reperiuntur, characterem proprium potissimum Ill. Hallerus ita determinat (*a*): „ Bicornes uteri (animalium) sensim extenuati denique in tubas continuantur, „ quæ alia omnino ab humana fabrica est, „ in qua tubæ in crassum uterum, inque „ ejus amplam caveam subtilissimo ostio „ aperiuntur. „ Uterus itaque a Catto observatus plurimum cum hoc charactere habuisse analogum, extra omne est dubium; desinebat enim in duos manifestos apices instar novæ lunæ, septum præterea intermedium illum dividebat in duo locula, non ad

ori-

orificium internum usque, ſed, quod conſulto addidiſſe videtur, *totum ad regionem orificii uteri vicinam*: inter ſpecificos igitur uteri bicornis characteres hic etiam videtur eſſe, communis ſcilicet utrique loculamento cervix, propriumque unicum orificium, egregie etiam hoc notante ILL. CALLISEN (*b*), qui uteros bicornes & bifidos *uno communi orificio* in vaginam hiante donatos eſſe voluit; debent igitur hoc artificio in cervicis parte ſuperiore bina loculamenta ſeu cornua *privis orificiis* in illum ſe prius aperire (*c*). Septum intermedium cum CATTUS reliqua uteri ſubſtantia tenuius dixerit; ipſi autem altum ſit ſilentium de ſubſtantia manifeſtorum apicum; non audeo determinare, utrum & hic ſubſtantia uteri fuerit ſenſim extenuata, prout illud circa uteros animalium bicornes ſolet contingere, niſi forte vocabulum *manifeſti apicis* extenuationem jam indicet. Breuis illa C. BAUHINI de utero a fratre ſuo JOANNE BAUHINO obſervato deſcriptio videtur, cum illum ut rem raram doctiſ-

doctissimis medicis Lugdunensibus, & multis aliis demonstraverit, uterumque ipsum bipartitum, qualem canes habent, nominaverit, perfecte convenire cum illo, quem jam ante ipsum observaverat CATTUS. Idem iudicium ferendum de SYLVII observatione. BOEHMERI uterus quoad fundi divaricationem in duo cornua omnimode cum uteris animalium bicornibus convenit, eo magis, quod substantia cornuum crassa, cum tubis continua, circa illos rarior, & membranacea redderetur, simulque utrumque cornu orificio satis patulo in tubam Fallopianam hiaret, ipsus autem ille uterus, si alium a CL. CALLISEN ad cervicem requisitum characterem consideremus, non tam bicornis, quam semiduplex nominari poterit, cum singula uterina proprio orificio, propriaque vagina prædita habuerit: erat enim duplex utriusque cornu cervix, & uterque privo orificio ita instructus, ut vagina duplex propria uteri bicornis orificia amplecteretur ovalia (*d*); cum tamen in utero vere bicorni unicum

ori-

orificium (Confer. §. VII. not. b.) in vaginam debuisset esse productum.

(*a*) l. c. Tom. VIII. Sect. II. pag. 101.
(*b*) Societ. med. Havn. Vol. 1. observat. XVIII. pag. 147. & 148.
(*c*) Vid. Tab. III. fig. 1. lit. M. & Tab. IV. fig. 3. lit. a a, fig. 4. lit. a. Res optime etiam in acad. Reg. Paris. anno 1752. occasione uteri per ILL. BAGARD observati ita determinatur: ,,Sur de cette circum-,,stance, il detruisit avec precaution ce ,, qui forma le premier orifice, & *les* ,, *deux autres* devinrent apparens.
(*d*) l. c. pag LVIII. & LIX. Huic BOEHMERI utero quoad partem inferiorem similis omnino est duplex ille uterus a GRAUELIO in dissertatione de superfœtatione Argent. 1738. delineatus, ubi per lit. E E *duplicia orificia* indicantur, sic etiam uterus a LITTRIO in histor. Acad. Reg. 1705 observatus & descriptus; qui in hoc solum differre videtur, quod cornua non habuerit recurvata, in tubas extenuata, quanquam, ut ipsus LITTRIUS fatetur, utriusque uteri fundus fuerit diversus, & perfecte a se invicem separatus. Quam maxime autem cum BOEHMERI utero tam quoad duo cornua, quam duplex orificium convenit uterus bipartitus a CL. BURCELL observatus eo singularior, quod cornu



cornu dextrum fœtum jam maturum contineret. Vide Philoſoph. transact. 1775. Item Mediciniſche Commentarien von einer Geſellſchaft der Aerzte zu Edimburg 2. Th. 1. Stück 109 S. Altenburg. Huc etiam referenda videtur Maji in commerc. lit. nor. anni 1733. Sept. 25. pag. 196. deſcripta obſervatio: „ Uteri „ clauſtrum internum L. fig. IV. & V. „ naturaliter quidem protuberabat, ve- „ rum duplici orificio L. fig. V. hiabat, „ cui diameter unius circiter lineæ men- „ ſuram effecit, ſeptumque perpendicu- „ lare, quartam partem lineæ vix craſ- „ ſum interpoſitum fuit. „ In commer. lit. nor. anni 1738 Sept. 21. pag. 164. mentio fit de utero bicorni ab Homelio obſervato ad Ill. Trew ſcribentis: „ Al- „ ter caſus oſtendebat mihi uterum du- „ plicem ſeu bicornem, eodem modo, „ quo eundem ex obſervatione b. Dom. „ Maji a. 1733 hebd. XXV. pag. 195, de- „ ſcriptum exhibuiſti, in eo tamen ab „ illo differebat, quod orificium uteri „ modo ſimplex, & defuncta ſæpius eni „ xa erat. „ Et ſane bicornis præ alio nominandus fuerat, uti & ille a Casp. M. Forlani in rarioribus obſervationibus medicis practicis anatomicis Dec. 1. Venetiis 1767 deſcriptus in duas caveas in unicum oſtium confluentes diviſus.

K §. IX.



§. IX.

Quantam itaque fidem Cattus, Bauhinus, Riolanus, Boehmerus mereantur in hiſtoria uteri bicornis, ex prioribus facile quisque dijudicaverit. Recentiores autem obſervationes potiſſimum Ill. virorum Acrell & Walter, cui & duplicem meam obſervationem adjungere liceat, uteri humani *bicornis* exiſtentiam videntur omnino demonſtrare. Figura Acrellii rem extra omne dubium ponit, cervicem adfuiſſe communem in parte ejus ſuperiore in duo apertam oſtia, quæ in duas privas ducebant cervices, hæ denique in duo a ſe invicem ſecedentia loculamenta ſat ſpatioſa, ſuperius tamen convergentia abibant (*a*). Bicornem etiam uteri figuram primo intuitu quam facillime dignoſcendam exhibet Ill. Walter pulcherrima Icon (*b*), ad quam ſolicite animadvertit (*c*), quod uterus non ſolum ſeparatus ſit in duas ſepto intermedio, ſed quod utrumque ita natum cavum ex utroque latere recurvetur, & ſic duo exhibeat cor-

nua,

nua, ſeptum intermedium non ad cervicis partem ſupremam finiretur, ſed profundius ad mediam ejus fere regionem deſcenderet, *integrum* & *unicum* tamen relinqueret *uteri orificium internum*.

(*a*) Königl. Schwed. Akad. der Wiſſenſch. auf das Jahr 1761 Kaeſtner. Ueberſetzung 23. Band p. 306. ACRELLII uterus præterquam quod conveniat in notis characteriſticis uteri bicornis §. VIII. determinatis, differt tamen ab omnibus hactenus obſervatis uteris bicornibus, quod præter cervicem communem lit. H denotatam utriusque cornu privæ adhuc b, c deſignatæ cervices ad communis partem ſupremam patulæ reperiantur, hoc forte phænomeno perſuaſus ACRELLIUS uterum ſuum nominat duplicem.

(*b*) Nouveaux Mem. de l'acad. Roy. des ſciences & belles l'ettres de Berlin. ann. 1776. pag. 93. Dicit quidem ILL. WALTERUS: ſuam obſervationem eo magis fieri ſpecioſam, quod femina illa jam partum enixa eſſet, cum in EISENMANNI & BOEHMERI obſervatis id non contigiſſet, ſed jam & illos bicornes ſeu *bifi os uteros* PAULINI (confer. §. VII. not. 1.), & HOMELII (confer. §. VIII. not. d in fine), ACRELLII, (confer. die Schwediſch. Magaz. l. c. pag 306.



306.) BAGARDII (confer. acad. Roy. de ſcience an. 1752) concepiſſe & partus enixos eſſe legimus.

(c) Ibid. pag. 94.

§. X.

Juvat tamen & hic examinare, quid duplices a me obſervati uteri cum prioribus commune, quid privum habuerint; quid tandem in cauſa fuiſſe videatur, quod in admittendo utero bicorni animalibus ſimili HALLERUS tam ſcrupuloſus fuerit. Primus a me §§. I, & II. deſcriptus uterus (*a*) ob molem non ordinariam, figuram extrinſecam non conſuetam, & ſtructuram intrinſecam bilocularem omni ſane attentione dignus eſt. Uterus enim ancillæ, qui in virgine ſolet eſſe minimus teſte HALLERO (*b*), hic prægrandis fuit, ita, ut in fœminis multiparis illum majorem me vidiſſe non meminerim. Si figuram externam penitius conſideremus, illam perfecte cum CATTI deſcriptione convenire obſervabimus. Superior enim pars

inſtar

inſtar ſemicirculi cava erat; hac ex depreſſione illa figura naſcebatur, qua imperiti pictores cor pingere ſolent, & ex quo Ill. Bagard (confer. §. VII. in not. b) primo intuitu uterum duplicem augurabatur. In ſtructura interna loculamenta illa corporis uteri duo (*c*) a ſe invicem angulo ſatis amplo ſecedentia (*d*), in medio lata, ad tubas contracta & acuta, carne circum craſſiſſima ad tubam extenuata circumſcripta (*a*), ſi non illam, quæ cornua quadrupedum uterina habent, exactiſſimam referunt figuram, eorum tamen fabricæ ſunt quam maxime analoga: ipſa etiam capacitas utriusque loculamenti ſolito inſignior multum admirationis excitabit, ſi cogitemus, in utero virginis ſimplici non eſſe tantam, quanta eſt in uno iſtorum loculamento! ut nihil dicam de figura intrinſeca ejus triangulari, hic oblongiore, aliisque omnino lineis terminata (*f*). Septum intermedium craſſitiem ſeptem linearum cum haberet (g), multum enim vero exceſſit reliquam uteri corporis craſſitiem, quæ

ma-



maxima quatuor linearum fuit (*h*). Differt itaque hoc ſeptum plurimum ab illo, quod CATTUS obſervavit, illud enim paulo tenuius fuit quam reliqua fundi tunica. Craſſiſſimus etiam erat paries uteri intermedius ab ILL. EISENMANNO obſeruatus referente CL. GRAUEL l. c. pag. 33. In figura CL. ACRELL de ſepto nulla fit mentio, & videtur hic ſepti intermedii ſubſtantia in perficiendis privis cornuum cervicibus (*i*) fuiſſe conſumpta. Septum ab ILL. WALTERO obſervatum ſat craſſum quidem erat, ſed illo a me obſervato longius deſcenderat, cum mediam fere regionem cervicis occuparet. Icon denique ipſa hujus uteri a me exhibita (*k*) præ aliis hoc ſibi vindicat, quod hac præparatione integrum adhuc orificium unius cornu ad partem ſupremam cervicis conſpiciatur (*l*), cum aliud cornu utpote apertum & ipſius cornu capacitatem & ſeptum cornibus intermedium (*m*) exactius præ aliis figuris exhibeat. Figura EISENMANNI (*n*), mei quondam PROFESSORIS nec non DE-

CA-

CANI, cum inauguraliter Argentorati 1764 disputarem, septum intermedium exactius quidem mea hac icone refert, dissecta videlicet utraque uteri cavitate, sed in hoc maxime differre videtur utraque, quod ipsæ hæ cauitates non illam capacitatem habeant, neque fundus uteri uti in CATTI & mea observatione semicirculi modo cavus esset, sed summopere convexus, imo solito elevatior ibidem depingatur (*o*).

(*a*) Vid. Tab. III.
(*b*) l. c. Part. II. pag. 53.
(*c*) Tab. III. lit. FFFF LLL.
(*d*) Tab. III. lit. E.
(*e*) Ibid. lit. G H O O.
(*f*) Ibid. G H.
(*g*) Ibid. lit. I.
(*h*) Ibid. lit. K.
(*i*) l. c. fig. II. pag. 310. lit. b c.
(*k*) Tab. III.
(*l*) Ibid. lit. M.
(*m*) Ibid. lit. G I.
(*n*) l. c. Tab. I. fig. I.
(*o*) Ibid. lit. A.

§. XI.



§. XI.

Uterum aniculæ (confer. §. III, IV, & V not. a) cornuum characteriſtica præcellere illi, quem §. I & II deſcripſi, & naturæ uterorum bicornium in quadrupedibus reperiundorum proxime accedere, ex ſimplici etiam aſpectu facile dignoſcitur. Hic enim non ſolum evidentia cornua, nullo ſepto intermedio ſeparata, in tubas ſe continuant (*a*), ſed ipſa cornuum natura magis magisque extenuata, & relate ad reliquam uteri ſubſtantiam quaſi membranacea, quadrupedum utero bicorni eo magis fit analoga; horum enim cornua, ut monet, ILL. HALLERUS, ſenſim extenuata denique in tubas continuantur, & ex hoc potiſſimum GALENUM refutat, quod cornua ſua paulatim anguſto fine teſti doceat adhærere. Uterum a me §. III, IV & V. deſcriptum ſi GALENI tempore, atque eo ipſo neque de tubis, neque de illorum exiſtentia edoctus obſervaſſem, illum per cornua teſti adhærere ipſus dixiſſem, idque eo magis, quo propius

pius cornua illa a fundo uteri lateraliter ſecedentia aliquam adhuc uteri carnem referebant, quæ ſenſim tamen diminuebantur, & digitis explorata potius membranacea, quam ex uteri carne firmula adpercipiebantur, cavumque inſuper ab initio latum, paulatim tamen magis magisque anguſtum referebant (*b*). Ceterum reliqua hujus uteri fabrica tam quoad figuram externam, quam ſtructuram internam adeo a conſueto naturæ tramite aberrat, ut illam neque cum quadrupedum uteris, neque cum aliis circa uteri humani præternaturalis utut copioſiſſimis obſervationibus abſolute (*c*) comparare poſſim; mihi ſaltem non conſtat: analogi quid apud obſervatores reperiri. Cervix illa oblonga (*d*) nullo orificio proprio præter foraminulum ſubtiliſſimum (*e*) vaginam infringens, in medio ſummopere arcta, foramine hic in reliquam mediam uteri ſubſtantiam ſeu fundum penetrans (*f*), cavum tandem in media hac uteri ſubſtantia ſubrotundum (*g*), ex utroque late-

L re



re orificio ſat notabili ovali in continua cornua ducens (*h*), phænnomena ſane ſunt in ſuo genere fere unica (*i*).

(*a*) L. c. Tom. VII. Sect. II. pag. 101.

(*b*) Tab. IV. fig. 1. lit. R R fig. 2. lit. B B fig. 3. lit. C C. fig. 4. lit. D.

(*c*) Confer. Eiſenmannum & Hallerum l. c. §. VI.

(*d*) Tab. IV. fig. 2. lit. C C C C e f.

(*e*) Ibid. fig. 2. lit. d.

(*f*) Ibid. fig. 2. lit. h.

(*g*) Ibid. fig. 3. lit. B.

(*h*) Ibid. fig. 3. lit. a a.

(*i*) EISENMANNI obſervatio l. c. in not. o cum mea in hoc videtur aliquid commune habere, quod in cervicis parte ſuperiore membranam ſatis fortem reperiret, quæ valvulæ inſtar aditum cervicis ad uteri fundum interciperet. Plicula illa vid. Tab. IV. fig. 2. lit. i i. fig. 3. lit. b. valvuloſum illud EISENMANNI videtur imitari. Etiam corpus uteri apud EISENMANNUM legitur exiguum fuiſſe, & fundi angulos lato ſatis orificio ſe in tubas aperiiſſe, atque per hoc etiam rudimenta ſaltem aliqua meæ obſervationi analoga exhibet. Forte etiam a Domina DE LA MARCHE obſervatæ ad

ori-

orificia uteri bipartiti valvulæ, quas describit & depinxit (vide ejus instruct. famil. & util. &c.), referri poterunt.

§. XII.

Si uteros quadrupedum in VESALIO (*a*) depictos perspicimus sine fundo, tubis seu cornibus latissimis, & orificio satis amplo in uterum apertis, rationem forte invenimus: quare de natura uteri bicorni adeo circumspecte pronuntiaret accuratissimus HALLERUS, malletque tales uteros potius *semiduplices* dicere (*b*). Cum tamen in frequentia illarum præternaturalium conformationum aliqui uteri se potissimum cornibus plus minusve recurvis & extenuatis, orificio etiam sat amplo in tubos patulo, non solum distinguant, sed & hunc privum characterem simul præseferant, quod cervicem habeant communem, unico orificio interno in vaginam terminatum, epitheto *bicorni*, quo CATTI, PAULINI, SYLVII apud RIOLANUM, BAUHINI, HOMELII, BAGAR-

DII, ACRELLII, WALTERI & *duos* a me obſervatos *uteros* (confer. §. I, II, III, IV, V.) refero, ſatis apposite deſignari credidero (confer. §. VIII.); e contra aſſentiente etiam CL. CALLISEN *bifidos* illos nominavero, quorum fundus uteri non depreſſus, neque externa ejus ſenſibiliter prolongata fuerunt, cum his forte etiam uterus ab EISENMANNO (*c*) depictus convenit, in quo fundus linea convexa circumſcriptus eſt, uterque etiam in tota ſua figura extrinſeca a communi fabrica nihil alienum habet. Ex hoc capite *biparti* ſeu *ſemiduplices* uteri cum *charactere*, quo ad fundum magis minusque *bicorni* nominanbi erunt illi uteri, quos GRAUEL fig. I. LITTRIUS, MAJUS, EISENMANNUS, BOEHMERUS, CALLISEN & PURCELL (confer. §. VIII. in nota d) obſervarunt. Neque nimium dixero, ſi uteros vere *duplices* ſtricte loquendo nullos hactenus obſervatos eſſe contendam, cum alias etiam quatuor tubas, totidemque teſtes reperire, neceſſum fuiſſet.

(*a*)



(*a*) De Hum. Corp. Fabr. Lib. V. fig. 28, 29.
(*b*) l. c. Tom. VII. Sect. II. pag. 50.
(*c*) Etiam ipſus Cl. Grauel l. c. pag. 33. de hoc utero dicit: „ Uterum in externa „ facie nil peculiare oſtendentem caute „ aperiebat, internam nobis cavitatem „ demonſtraturus, cum ecce miro na- „ turæ luſu *bifidus* ſeſe obtulit„.

§. XIII.

Utut uterus ille §. III. IV. & V. charactere ſuo bicorni, & ſingulari reliqua ſua ſtructura inter rariſſimas mereatur referri obſervationes; ejus tamen vagina ad uteri orificium internum tubo non infracto phænomenon cæteris adhuc multo rarius atque præſtantius eſſe videtur: invenimus quidem apud Hippocratem jam veſtigia orificii uteri membrana clauſi, dum ait (*a*): „ Cum mulier genituram „ ſuſcipere non poteſt, neceſſe eſt, mem- „ branam ſupercreviſſe in oſculo utero- „ rum„. Hujus membranæ ad oſculum uteri exiſtentis præſentiam egregia obſervatione ita confirmat Ill. Morgagnus (*b*):

„ ſu-



„ Incisa vagina, osculoque resecto cum in-
„ trospiceren, exiguo ab ipso intervallo
„ oculis se objecit membrana albida, ipsum
„ fortasse coarctans, certe occludens: eaque
„ sive descendenti sive ascendenti specillo
„ obstabat„. Meæ autem observationi, apparente scilicet nullo orificio uteri interno, quam maxime analogam video illam FABRICII AB AQUAPENDENTE dicentis(c): „Se ob-
„ servasse membranam, quæ vaginam effor-
„ mabat per totum continuam, & uteri ori-
„ ficium celantem„. Digitis im missis hoc in femina viva observavit FABRICIUS AB AQUAPENDENTE; LITTRIUS(d) illo felicior etiam in cadavere atque sectione demonstravit. Rei dignitas jubet LITTRII integrum textum eo magis hic inserere, quo plus luminis explicando phænomeno uteri a me observati ejus explicatio afferre videtur: „ Femina 50 annorum in matrimo-
„ nio 19 annorum sterilis, ictu sclopeti
„ exanimatur: periodicum fluxum, dum
„ viveret, habuit parcum, & hoc potissi-
„ mum tempore fuit multum inflata, &
„ dolo-

„ dolorum habuit plurimum, elapsis præ„ terea aliquibus annis expectorabat, ipsa„ que etiam saliva commixtum exspuebat „ sanguinem„. LITTRIUS aperiendo cadaver causam omnium horum symptomatum ipsiusque sterilitatis facile detexit; „ Orificium uteri internum membrana, „ qua vagina intus obducitur, erat clau„ sum, eaque orificio uteri firmiter erat „ annexa, ac ad vaginæ superficiem fora„ mina habuit duo exigua, in diametro „ quartam partem lineæ non excedentia. „ Cervix uteri solito duplo longior erat, „ ideo sine dubio, quia uteri corpus sub „ tempus periodici fluxus necessario sum„ mopere intendebatut ad sanguinem in „ ipso contentum per duo tam exigua fo„ ramina urgendum. Sic etiam sanguis „ longiore ejus mora cavum uteri exten„ derat, lateraque ipsius fecit magis exte„ nuata. Cavum utriusque tubæ præser„ sertim ad uteri aperturam solito majus „ fuit, quia aqua in tubis collecta in ute„ ri cavum utpote sanguine plenum adeo

„ faci-



„facile ſe evacuare non poterat„. Nonne & noſtro in caſu cervix uteri longior fuit, ipſumque uteri corpus eo magis in rotundum forte mutabatur cavum, quod cervicis anguſtiæ ſuperiores jam moram ſanguini ponerent, quam maximam ob unicum illud vaginæ foraminulum fuiſſe merito ſuſpicor, & quod uterus a me obſervatus in primogenio jam architypo bicornis fuerit, ipſa etiam cornua hac mora plurimum extenſa fuiſſe, eo facilius credidero; quod præterea cervice nondum aperta, pulchro ſpectaculo viderem: preſſo utero per vaginæ foraminulum bullas ſubrotundas viſcidas exprimi, diſſecta poſtea uteri cervice viſcidam mucoſam materiem hic copioſe collectam invenirem, atque in ulteriore preſſione etiam per foraminulum illud ad cervicis partem ſupremam ſimilis mucoſa, & quaſi vitrea materies per ipſum hoc foramen in rotunda corpuſcula figurata extruderetur, cujus copioſa ſcaturigo reperiebatur poſtea in ipſo corporis uterini ſubrotundo

cavo

cavo ſic dicto cornuum atrio. Nonne inde non improbabilis naſcitur conjectura: anguſtiam cervicis, & quaſi clauſum uteri orificium inſignes hic moras poſuiſſe? Etſi autem apud affines hujus aniculæ, & coevas aniculas inquirerem, utrum ipſa menſtruata in juventute fuerit, id explorare non potui; potius illam optima ſemper uſam fuiſſe valetudine affirmarunt.

(*a*) De ſterilit. n. 13.
(*b*) l. c. Epiſt. XLVI. art. 17.
(*c*) De Chirurg. operat. ubi de vitiis quorum cauſ. feminæ concub. non admitt.
(*d*) Hiſt. de l'Acad. R. des ſc. an. 1764.

§. XIV.

Superfœtationem uti gravibus argumentis GRAUELIUS (*a*) & EISENMANNUS (*b*) ſtabiliunt, anatomicorum vero princeps HALLERUS illam poſſibilem eſſe omnino exiſtimet (*c*); ſic illius poſſibilitatem reperti uteri *bicornes, bifidi*, & *ſemiduplices* ad oculum demonſtrant. Hoc enim naturæ luſu, uti optime animadvertit CL. CALLISEN (*d*), præſuppoſito poſſibilis erit,

M at-



atque juxta immutabiles naturæ leges exponibilis. Cum autem argumentum hoc a citatis ſupra SUMMIS ſane VIRIS jam pro dignitate tractatum fuerit; aliqua ego ſolum addam, quæ ad meas obſervationes plurimum facere videntur.

(*a*) l. c. §. XIV. pag. 27. & 28.
(*b*) l. c. ad Tab. IV. n. 10. item irrefragabili teſtimonio per communicatam ipſi obſervationem CL. LE RICHE, quam IPSUS mihi ſæpe enarravit.
(*c*) l. c. Tom. VIII. lib. XXIX. Sect. V. §. XVIII.
(*d*) Collect. Havn. Volum. I. pag. 147.

§. XV.

In utero ancillæ §. I. & II. a me deſcripto conceptus ſi unquam in uno alterove cornu factus fuiſſet, mutatio iſta ad claudendum os uteri internum nullo modo ſuffeciſſet, cum os uteri etiam ſimplicis teſte HALLERO (*a*) non ſtatim claudatur, & cervix octava hebdomade primum in ſitu mutari ſoleat (*b*). Potius igitur ovulum uni aut alteri cavitati ne-

xum

xum oſtium ſibi vicinius (*c*) obtexiſſet, orificio interim uteri interno, annexaque cervice per tempus aliquod nondum mutatis. His rite perpenſis non video, cur, Grauelio idem jam obſervante (*d*), alterum uteri cornu adhuc apertum ſerius concipere non valeat, cum unicuique cornu reſpondeat ſuum orificium, tuba, ovarium. Si in genere ſimul notabilem hujus uteri bicornis magnitudinem ſpectemus, ſubſtantiam utriusque cornu ſat craſſam, & capacitatem inſuper majorem illa, quæ in utero conſuetæ figuræ eſſe ſolet, novam facilitatem reperiemus conceptus in una cavitate, vacua interim altera, præſertim cum ſeptum intermedium reliqua uteri carne craſſius his in caſibus efficaciter reſiſtat, & ſic extenſionem ex una ſaltem parte concedendo, obliterationem alterius cavi impediat, quod ingenioſe jam Eisenmannus (*e*) animadverterat. Quo jure autem Grauelius (*f*) dicat: Quod inter ſuperfœtationis impedimenta poſſit eſſe

M 2 in-



inprimis in utero bipartito nimis valida oris hujus clausura, eo minus video, quod ipsa oris uterini clausura in utero simplici necdum perfecte demonstrata sit (*g*); admissa enim hac etiam clausura in utero vere bicorni, illa potius esset referenda ad *unum* aut *alterum* utrique cornu *privum*, & ad cervicis partem supremam *patulum orificium.* Obliterato (*h*) igitur uno horum cornuum orificio cervix cornuum communis (*i*), eiusque orificium (*k*) semper adhuc immutata manebunt. Neque possum intelligere Eisenmannum (*l*), cur septo cornibus intermedio, non longe per cervicem descendente, superfœtationem difficiliorem credat; ego certe ex mea hac observatione faciliorem judicarem, quam in utero septo ad orificium usque internum diviso. Si enim ex mutatione a conceptu tantæ in orificium uteri internum essent vires, sane facilius propagarentur illæ in sic diviso ad orificium internum usque per septum intermedium utero, quam in utero bicorni, in quo ad

cer-

cervicis partem ſupremam ſeptum finitur, & *duo* jam *priva*, uti hac mea in obſervatione videre eſt (*m*), *orificia* efformat. Videntur autem eruditiſſimi hi viri partim viribus primis conceptionis diebus orificium uteri internum mutantibus nimium tribuiſſe, partim ſeptum intermedium nimis debile ſtatuiſſe, atque ideo exiſtimaſſe: Hoc ipſum ſeptum cedendo viam in aliud cornu ſeu cavitatem intercipere, & ita ſuperfœtationem impoſſibilem facere. Huic meæ opinioni robur accedit ex ipſa Eisenmanni ſententia (*n*) dicentis: illos uteros, qui duplices videlicet ſibi appoſiti ſunt, minus plurium fœtum incrementum impedire, ac illos, qui ſepto unico ſunt diviſi; in prioribus enim ex duplici ſepto parietem componi integerinum ſupponit: firmior igitur ex duplici hac carne naſcetur, quam ille, qui in utero bicorni & bifido reperiri ſoleat. Meum igitur uterum vere bicornem, cum parietem integerinum habuerit, reliqua ejus ſubſtantia multo craſſiorem cum cavitate utrius-

que

que cornu valde notabili, hæ exceptiones, aut ſi mavis animadverſiones neutiquam tangere poſſunt, eoque minus, cum Eisenmannus (o) uterorum a ſe obſervatorum cavitatem dimidiam ſolum dixerit unius ordinarii uteri, quæ tamen in ſingulo cornu a me obſervato etiam conſueta diametro major fuit. Quod partum ipſum attinet, uterum §. I. & II. a me deſcriptum diverſis temporibus ex una parte ſuffeciſſe illæſa altera, ex ipſa fabrica demonſtratu erit ſatis facile. Rationem ſufficientem hoc in caſu ita reddit Grauelius (*p*): „In caſu uteri bipartiti licet una eademque convellatur matrix, attamen pari „ratione fœtus maturus, partus tempore, membranis primum, dein capite, „mox toto corpore parietem integerinum „tam arcte ad alterius partis latus apprimit, ut inibi hærenti embryoni viam ad „exitum præcludat, qui pacatis omnibus „tam diu deliteſcere poteſt, donec & „ipſum, ut vitales hauriat auras, vocet „natura„. Sane in illo ancillæ a me ob-

ſerva-

ſervato utero his omnibus tam tempore gravitatis quam in ipſo partu ſuſtinendis abunde proviſum fuit pariete integerrimo robuſtiſſimo craſſitie reliquam uteri ſubſtantiam multum excedente.

(*a*) l. c. Tom. VIII. Lib. XXIX. pag. 406.
(*b*) Ibid. pag. 407.
(*c*) Tabul. III. lit. M.
(*d*) l. c. §. XVIII. pag. 35.
(*e*) l. c. ad Tab. IV. n. 6.
(*f*) l. c. § XX. pag. 38.
(*g*) Vid. HALLERUM l. c. Lib. XXIX. pag. 406.
(*h*) Tab. III. lit. M.
(*i*) Ibid. lit. E R.
(*k*) Ibid. lit. Q.
(*l*) l. c. ad Tab. IV. n. 10.
(*m*) Tab. III. lit. R M. In ACRELLII autem obſervatione (conf. §. X.) uti præter cervicem cornibus communem utrumque cornu ſingularem habuit cervicem, illam a conceptione ſequentem mutationem in communem cervicem nihil omnino potuiſſe & ratio dictat, & partis fabrica ſuadet. Quod autem in hoc caſu ſuperfœtatio non ſecuta fuerit, (pepererat enim illa mulier) aliæ videntur obſtetiſſe rationes, quarum plures apud GRAUELIUM l. c. §. XX. reperiuntur.

(*n*)



(*n*) l. c. ad Tab. IV. n. 10.
(*o*) Ibid. ad n. 6.
(*p*) l. c. §. XIX. pag. 37.

§. XVI.

In altera mea obſervatione uteri vere bicornis cum ſtructura inſuper reliqua valde ſingulari, orificio vero uteri apparente nullo, vaginaque non infracti tubi, foraminulo unice perforata; (confer. §§. III. IV. V.) ſupervacanea forte quæſtio videbitur, an unquam conceptus, ne dicam, ſuperfœtatio locum habuiſſe potuerit? Cum autem apud Ill. Hallerum legamus (*a*) numeroſam ſeriem feminarum, quæ conceperunt, & pepererunt, cum vel peranguſtus vaginæ eſſet aditus, aut omnino integra membrana, aut coalitus per morbos natus, aut os uteri nullum, & noſtram aniculam adhuc iuvenculam concipere, & vi fabricæ etiam ſuperfœtari potuiſſe, non male forte ſtatuimus, utut etiam vagina tubi eſſet non infracti; foraminulum enim illud (*b*) in

cer-

cervicem uteri penetrans ad conceptum ſuffeciſſe, facile percipitur, præſertim ſi adſtipulemur ſententiæ Ill. Walteri dicentis (c): „Minime neceſſarium eſt, „in coitu omnis ſeminis ſubſtantia per „vaginam, uterum & tubas ad ovaria „pervenire, ut homo naſcatur„. Scio equidem, Ill. Hallerum illi ſententiæ minus adſtipulari, & obſervata huic ſententiæ faventia (d) per hoc velle enervare: quod in illis atretis, ut in virginibus arctis, vis inſanientis mariti obſtacula ſuperaverit, quæ ex cruenta & lacera carne facile potuerunt renaſci, uti cruenti digiti conaſcuntur. Egregia autem ad hanc rem facientia obſervata Ill. Walteri tam in femina civica adhuc ſuperſtite (e), quam in infelici filia (f) undis ſubmerſa, inſanientes maritos tale quid non poſuiſſe, abunde confirmant. Aniculam noſtram neque virginem moralem neque phyſicam amplius fuiſſe, illa, quæ circa vaginæ oſtium §. III. deſcripſi, uti fidem faciunt, ſic in eam opinionem adducere quemvis

N de-



debent, quod conceptus ſtante hác vaginæ, ipſiusque uteri mirabili fabrica ſi non impoſſibilis, ſaltem difficilior fuerit? Caſu autem poſito, quod conceptus locum habuiſſet, partum difficillimum fuiſſe, aut ob ſummam cervicis anguſtiam, ipſamque vaginæ non appoſitam conditionem fere impoſſibilem, ratio ſuadet: neque improbabilis eſt conjectura, quod cornuum, reliqua uteri ſubſtanſtantia tenuiorum, aut ipſius uteri in parte anteriore tenuioris (conf. §. IV.) ruptura ex graviditate progrediente metuenda fuiſſet, uti in admodum ſingulari illo a DIONIS (g) deſcripto caſu factum eſt, in quo infans ſex menſium in ventre matris reperiebatur ob rupturam portionis uterinæ tenuioris, in qua recondebatur.

(a) l. c. Tom. VIII. Sect. 1. pag. 20.
(b) Tab. IV. fig. 1. & 2. lit. d.
(c) Nouv. Mem. de l'acad. Roy. de Berlin an. 1774. pag. 85.
(d) l. ant. cit. pag. 22.
(e) l. ant. cit. pag. 86. Poſtquam feminam ſeptem ante menſes viſitaverat, & oſtium vaginæ perfecte clauſum membrana hymeni perfectiſſima ſimili invenit; Maritus

tus gaudio perfusus refert: uxorem esse gravidam insuper habito hoc obstaculo, „ protestant en meme tems par tout ce „ qu'il y a de plus sacré, qu'il n'avoit „ jamais puis réussir a introduire le „ membre viril dans le vagin, ou par „ consequent il n'étoit pas entré une „ seule goutte de semence„. Quod tam verum fuit, ut instante partu membrana orificium occludens prius debuerit dissecari.

(f) Ibid. pag. 87. & 88. In filia undis submersa membrana orificium vaginæ claudens reperiebatur, post illam integerrimum hymen, & tamen orificium uteri internum erat lacerum, ut expertissimus de his rebus iudex WALTERUS affirmare non hæsitet, filiam illam fuisse a duobus vel tribus mensibus gravidam, opineturque, abortu procreato uteri orificium illam induisse formam.

(g) l'Anatomie de l'homme pag. 361.

§. XVII.

Providam uti in omnibus observamus naturam, sic in illis partibus, quæ ad ejus perennitatem potissimum videntur facere, adhuc magis solicitam esse ex lusu circa partes genitales in sexu masculo non

infrequenti (*a*), & in ſexu ſequiori, uti nova in dies hoc obſervata teſtantur, adhuc frequentiori (*b*) non male arguitur. Rationem autem modumque ediſſerere, quomodo hoc contingat, res ſane difficillimæ eſt indaginis. Dum ſimilibus difficultatibus MORGAGNUS irretitus (*c*) eſſet, melius ſe expedire non potuit, quam candide fatendo: „ Quod ad me attinet, „ in multis, & ſi velis, in quam plurimis „ caſum accuſavero, in quibusdam aliud „ aliquod potius, quod me fateor non in„ telligere„. Magni HALLERI verba huc apprime videntur pertinere dicentis (*d*): „ Hoc irrefragàbili teſtimonio videor mi„ hi viciſſe, in ſemine quidem vegetabili, „ & in animalium ovo, cauſam fabricæ „ futuræ latere, quæ cum quaque ſpecie „ ſempiterna conſervetur. Eſſe vero etiam „ cauſis ſupervenientibus, alimenti co„ piæ, inopiæve, impulſioni validæ, vel „ debili, aliisque cauſis minus notis ſuam „ poteſtatem, quæ poſſit varie partium „ fabricam mutare, tamen ut intra ſuos

„ limi-

„ limites maneat„. Impulſionem validiorem ab arteriis ſpermaticis & uterina numero pluribus, vel robore inſignioribus, procedentem non infimam cauſam forte accuſare poterimus metamorphoſium circa has partes frequentiſſimarum, potiſſimum ſi opus naturæ non inſolitum eſſe cogitemus in immutandis his arteriis (*e*), ſimulque perpendamus, in utero ſecundum naturum ſe habente eſſe jam aliqua rudimenta diviſioni faventia (*f*), quæ efficacius evoluta, nutrita copioſius, aliisque convenientibus cauſis nunquam forte detegendis ad uteros, vaginasque numero plures, ſtructura & figura differentes multum conferant. Similibus ſpeculationibus ulterius indulgere vetat ſapientiſſimum Morgagni monitum adnotantis (*g*): quod ſimiles explicationes, quæ a viris etiam doctiſſimis prodierunt, nihil magis oſtendant, quam ne ingeniis quidem excellentibus licere in quibusdam exemplis quæ neque poſſint negari, neque intelligi, aliter explicandis difficultates effugere, quin

ſe

ſe in majores, ſi quæ ex propoſitis conſequerentur explicationibus, ſpectare velis, plane coniiciant; ubi igitur metam ingenio humano non aſſequendam perſpicimus, hanc noſtram rerum humanarum penuriam conſolemur his HALLERI aureis verbis (*h*): „Si rerum naturam concipere „poſſemus, uti Deus, qui nobis imper„fectis entibus multo certius exiſtit, de„monſtrante Socrate & Platone, tunc „non uteremur aut cauſæ nomine, aut ef„fectus, ſed omnia videremus, uti ſimul „exiſtunt„.

(*a*) Vid. l. c. EISENMANNUM Tab. I. ad not. d.
(*b*) Ibid. Tab. II. n. 1. 2. 3 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.
(*c*) l. c. Epiſt. XLVIII. art. 54.
(*d*) l. c. Tom. VIII. Sect. II. pag. 143. vide HALLERI Icon. anat. faſc. IV. art. pelvis pag. 37.
(*e*) lit r, & n. 14.
(*f*) Vide HALLERI Element. phyſiolog. Tom. VII. part. II. Sect. II. pag. 51. Icon. anat. faſc. II. fig. 2. lit. F & in not. a.
(*g*) l. c. Epiſt. LXVII. art. 16.
(*h*) HERM. BOERHAAV. Comment. inſtit. med. Tom. VI. pag. 95.

EX-

EXPLICATIO FIGURARUM.

Tab. III. fig. I. Uterum oſtendit muliebrem bicornem ancillæ viginti circiter annorum, anno 1776 menſe Novembri cultro anatomico ſubjectæ. Vagina atque uterus a parte poſtica, inteſtino recto reſpondente, per longum reſecta ſunt, ita tamen, ut ſectio per cornu dextrum continuaretur, integro relicto cornu ſiniſtro.

AAA. Vagina a facie poſtica diſſecta, atque explanata parte anteriore notabiliter rugoſa, profundiore rugis etiam ſat notabilibus conſpicua.

BB. Exigua portio cutis ſeu pudendi aliquæ reliquiæ.

CCC. Hymen laciniatum quidem, integro tamen annulo vaginæ adhuc continuum.

DDDD. Labium poſterius oris uteri interni, ipſiusque cervix longitudinaliter diſſecta.

E.

E. Divifio uteri ad partem cervicis fupremam in duos loculos feu cornua.

FFFF. Cornu dextrum continuata fectione, quæ per DDDD indicatur, ad continuam usque tubam apertum.

G. Cavitas cornu dextri fat ampla, longitudinalis,

H. Superius acuminata, & in tubam prolongata.

I. Septum intermedium utrumque cornu feparans craffitie feptem linearum.

K. Labia cornu dextri diffecta, in medio quatuor lineas craffa.

LLL. Cornu finiftrum adhuc integrum.

M. Orificium cornu finiftri in cervicis uterinæ partem fuperiorem patulum.

N. Fundus uteri in medio notabiliter depreffus,

OO. Prolongatus atque acuminatus prope tubas.

PP.

PP. Latera utriusque cornu ad se invicem convergentia.

Q. Oris uteri interni pars suprema seu labium anterius.

R. Cervix pulcherrime rugosa & palmata.

S. Rudimentum aliquod futuri sarcomatis ad cervicis partem supremam.

T. Corpus subrotundum, induratum, prominens in vaginam.

VV. Tubæ hic inflatæ.

XX. Ovaria.


Y. Ligamenta uteri lata.

Z. Eorum portiones crassiores.

(b) Ligamenta uteri rotunda.

Tab. IIII. fig. I. Uterum ostendit muliebrem aniculæ nunquam nuptæ, neque puerperæ, conformationis quoad omnia singularis, evidentissime bicornem, una cum vagina, ductu ad orificium uteri internum neutiquam infracto, sed integerrimo, sine cœco, nullo orificii interni apparente vestigio finita, & subtilissimo

O solum



ſolum foramine perforata. Vagina etiam hic parte poſtica inteſtino reſpondente per longum diſſecta eſt, integro adhuc informi utero. Dimenſiones naturæ exactiſſime reſpondent.

AA. Labia pudendi.

BB. Nymphæ.

C. Clitoris.

DD. Ejus præputium.

E. Orificium urethræ, quod ambit corpus glanduloſum.

FF. Ventriculi duo in veſtibulo vaginæ conſpicui.

GG. Hymenis reliquiæ, ſiniſterius rugoſæ, dexterius adhuc laciniatæ.

HHH. Vagina facie poſtica diſſecta, atque explanata, & anteriore & profundiore parte rugoſa, plusquam dimidia vero parte prima ſeu ſuperiore leviſſima.

I. Rugarum craſſa columna ſuperior ſeu anterior, papillis confertiſſimis & contractiſſimis oblonge tumida,

KK. Inferius, ſat alte tamen ſuper ingreſſum vaginæ in duo ſat notabilia tubera deſinens.

L. Cœcus ſub illis a replicata vagina natus ventriculus ſemicircularis.

M. Pars vaginæ hymeni proxima ſine rugis leviſſima.

NN. Columna poſterior per medium reſecta.

O. Uteri portio inferior ſeu cervix, hic ex parte poſtica referens tuber craſſum & oblongum.

P. Cervicis ſeu tuberis craſſi pars ſuperior inſigniter diminuta atque contracta.

Q. Corporis uteri pars media tuberoſa, quæ

RR. in duas laterales acuminatas portiones ſeu duo cornua ſecedit, dextro cornu craſſiore, & longiore ſiniſtro.

S. Notabilis depreſſio inter utrumque cornu.

T. Tubæ aere diſtentæ.

V. Ovaria valde exigua.

X. Ligamenta lata.

Y. Ligamentorum latorum portiones craſſiores, ovaria fulcientes.

Z. Ligamenta uteri teretia.

aaaaa. Sectio vaginæ & labiorum.

bbb. Ductus vaginæ utero connexæ non infractus, integerrimus, leviſſimus, nullo apparente orificio uteri interno, ſine cœco terminatus.

c. In medio hujus continuæ vaginæ vallecula aliqua, ſeu ipſa vagina non nihil depreſſa.

d. Foraminulum in medio valleculæ in vicinam & connexam uteri ſubſtantiam penetrans.

ee. Siniſterior portio columnæ poſterioris NN per medium reſciſſæ, dupliciter plicata, & plica magis exteriore rugæ ex hymene reliquæ connexa.

f. Dexterior portio ejusdem reſciſſæ columnæ ad dextram hymenis laciniam usque rugoſa.

g.

g. Finis cœcus tuberibus KK columnæ anterioris intermedius.

Fig. II. Eundem uterum & ſuperiorem vaginæ portionem ſiſtit, ſectione longitudinali a parte poſtica reſectam. Corpus uteri tuberoſum oblongum hic apertam cervicis cavitatem figura valde ſingularem & oblongam exhibet. Immiſſa per vaginæ foraminulum eſt ſeta, quæ per diſſectam cervicis partem iterum egreditur.

A. Corpus uteri clauſum.
BB. Cornua ex utroque latere.
CCCC. Cervix uteri diſſecta ejusque craſſities, integra relicta portione infima, vaginæ connexa.
aa. Sectio vaginæ.
bbb. Ductus vaginæ utero connexus non infractus integerrimus, nullo apparente orificio interno.
c. Vallecula in medio finis cœci.

d.

d. Foraminulum valleculæ, per quod ſeta immiſſa eſt, quæ per diſſectam cervicis partem egreditur.

e. Cavitas cervicis vaginæ proximior, dilata non nihil, & pulcherrime rugoſa.

f. Eadem cavitas ſuperius contracta, anguſta, & oblonga,

g. Uteri corpori vicinior non nihil iterum dilatata,

h. In rotundum foramen deſinens.

ii. Membrana uteri interna in plicam hic non nihil protracta, foramen elegantiſſime circumſcribens.

Fig. III. Uteri corpus oſtendit una cum duplici cornu, relicta aliqua parte cervicis ſuperiore. Sectio per foramen cervicis in corpus cavum penetrans, ipſamque uteri ſubſtantiam longitudinaliter eſt facta.

AAAA. Sectio portionis ſuperioris cervicis per ipſi continuum foramen, & uteri ſat craſſum corpus.

B.

B. Cavum corporis uteri ſeu atrium cornibus intermedium.

CC. Cornua.

aa. Orificia cavi ad cornua ducentia.

b. Plicæ portio anterior foramen circumſcribens adhuc integra.

Fig. IV. Eadem eſt ac prior, ſectio autem ex cavo uteri per cornu dextrum, diviſo ejus orificio, lateraliter eſt inſtituta, & ad tubam usque continuata.

AAA. Sectio portionis ſuperioris cervicis & corporis uteri.

B. Cavum corporis uteri.

C. Cornu ſiniſtrum integrum.

D. Cornu dextrum apertum, cavum referens oblongum verſus tubam aſcendendo contractum atque acuminatum.

EE. Portiones diviſi cornu reclinatæ.

F. Tuba dextra, una cum ovario negligenter expreſſa.



a. Orificium ad cornu finiſtrum ducens.

b. Portio anterior pliculæ, foramen ad cervicis finem circumſcribentis.

ccc. Sectio cornu dextri, ejusque craſſities ſat notabilis,

d. Minor, & eo magis extenuata, quo tubæ eſt vicinior.

e. Tubæ portio aperta.



CAPUT III.

DE FRACTURA, FISSURIS, CONTRAFISSURIS CRANII, NEC NON DE PRÆTERNATURALI OSSIUM QUORUNDAM CONFIGURATIONE.

§. I.

Infelix illa puella, quæ lapſu per ſcalas infeliciſſimo mane mortua reperiebatur confer. cap. ant. §. I. & II. effuſo in pavimentum per aurem dextram copioſiſſimo ſanguine, & in qua uterum bicornem obſervaveram, maximam & miram in cranio exhibuit fracturarum, fiſſurarum & contrafiſſurarum ſtragem, quæ partim directione priva, partim ob alia illas concomitantia phœnomena omnem attentionem merentur, & ad plurima in vulneribus, fiſſuris, & fracturis cranii cum hæmorrhagia aurium occurrentia ſymptomata explicanda apprime faciunt. Cum igitur quidquid

P circa

circa fracturas & potiſſimum circa fiſſuras & contrafiſſuras cranii in auctoribus obſervatoribus diſſeminatum reperitur, in fertili hoc caſu collectum reperiatur, quæ nunc ſequuntur licet per caſus ſingulares non nova, tamen ob mirum concurſum rariora, attentione & deſcriptione digna judicavi.

§. II.


Ad partem oſſis occipitis ſupremam circa tuberculum occipitale cutis erat lacera in latitudine unciæ, vulnere in profunditate non valde notabili, neque per pericranium continuo; ceterum nihil in integumentis fuit mutatum, auris dextra madebat ſanguine grumoſo, & commotum non nihil caput novam per aurem dextram continuo ſubminiſtrabat ſanguinis undam, fiſſaque erat ſuperius tubi auditorii portio cartilaginea (*a*) cum illam inveſtiente cute. Integumentis poſtea cum muſculis & pericranio ablatis tuberculi occipitalis vix aderat veſtigium (*b*), & ab hac oſſis occipitis

pitis parte ſuperiore atque craſſiore duplex incipiebat ſatis levis fiſſura (*c*), quarum utraque vix ſemiuncia a ſe diſtabat una dexterius, altera magis ſiniſterius per omnem oſſis occipitis longitudinem, ambæ in hoc itinere magis magisque a ſe invicem recedentes, & in deſcenſu latiores factæ, jam veram fracturam oſſis referentes (*d*) in foramen usque magnum excurrebant, illudque in ambitu diffringebant. Antequam tamen ad foramen magnum illæ fiſſuræ pervenirent, in portione oſſis occipitis magis inferiore & transparente notabiles de prioribus excurrebant fiſſuræ magis transverſæ. Et quidem ex fiſſura lateris dexteri paulo ſupra foramen magnum alia magis transverſa ſecedens ad marginem occipitis dextrum ſupra inciſuram foraminis laceri excurrebat, inque eadem directione per vicinum os temporum infra apophyſin ejus maſtoideam continuata, hanc ab ipſi continua baſi portionis petroſæ vera fractura tres ad quatuor lineas lata, inque cranii cavum penetran-

te ſeparabat, poſtea directione nonnihil aſcendente ſupra foramen auditivum externum, indeque ſupra radicem apophyſis zygomaticæ dextræ per portionem oſſis temporum ſquammoſam in ſuturam, quæ huic oſſi cum ala oſſis ſphenoidei majore intercedit, in hoc tractu etiam ſuperius per ſquammoſam ſubſtantiam levi fiſſura perpendiculari aucta ſe extendebat. Sic excurrens fiſſura in itinere ſupra foramen auditivum tam lata erat, ut fracturam quam maxime notabilem in cavum cranii penetrantem, calamumque ſcriptorium admittentem exhiberet. Siniſterior per longitudinem oſſis occipitis excurrens fiſſura in tres ulteriores potiſſimum ſe dividebat, quarum ſuperior ad vicinam ſuturam lamdoideam ſuperius leviſſima per extimam tabulam ſolum penetrante aucta terminabatur; duæ magis inferiores in foramen magnum una magis interius, altera magis exterius producebantur, illudque ſubſtantia oſſea intermedia tota quanta mobili & diffracta diffringebant, quod ſi-

mili



mili modo continuatio fiſſuræ dexterioris ſuperius jam memoratæ in foraminis magni latere dexteriore etiam effecerat (*e*).

(*a*) Ruptura facilior hic poterat contingere, pars enim mollis meatus auditorii animadvertente HALLERO Phyſ. Tom. V. lib. XV. Sect. I. §. VIII. pag. 195. etiam in adulto homine partim cartilaginea eſt, & partim membranacea, mera membranacea eſt in parte intima, ſive proxima membranæ tympani, deinde qua ſubeſt cartilago in parte totius meatus *ſuperiori poſteriori.*

(*b*) Tuberculum occipitale uti multis in craniis quam maxime inſigne reperi, ſic in aliis præter oſſis craſſitiem aliquantulo majorem ne ejus quidem veſtigium apparebat.

(*e*) Mirum forte videri poſſet loco ubi cranium vim lapſus immediatam experiebatur fiſſuras fuiſſe diametri ſatis mediocris, deſcendendo autem multum auctas; ſi autem uti apprime notat WINSLOWIUS Expoſit. anat. §. 225. hoc os parte ſuperiori, quæ potentiis externis eſt quam maxime expoſita, ab adorando Creatore copioſiore ſubſtantia munitum, econtra quo magis deſcendit, valde extenuatum conſideramus, ſimilium phœnomenorum ratio facile reddi poteſt.



teſt. An forte os triquetrum ſæpiſſime reperiundum partem oſſis ſupremam conſtituens ob ambitum ſuturarum vicinarum potentias extrinſecas ſuffocando analogum non poſſet habere uſum?

(d) Carnes illæ muſculorum capitis, quæ oſſis occipitis inferiorem partem transparentem atque tenuem tegunt, protegruntque, utut mollitudine ſua vim applicatam quaſi ſuffocant, impedire tamen non poſſunt, quin concuſſio ex gravi lapſu vel cauſa quacunque ſuperius ipſi oſſi immediate applicata, & motu per reliquam oſſis ſubſtantiam retro carnes reconditam communicato ſtragem in his oſſis locis utut remotioribus, ad tantam autem commotionem ferendam imparibus ſæpius faciat maximam; imo ſi potentia ipſi moli carnium immediate applicatur, illam ad motum ſuffocandum & ſic ſub ipſa reconditam tenuiorem oſſis ſubſtantiam protegendam non ſemper ſufficere, uti multa exempla loquuntur, ſic evidentiſſimum habemus in illo caſu, quem in diſſertatione mea de carie cranii §. I. pag. 23. 24. expoſui: miles ſcilicet, qui, cum in ſcamni marginem acuminatum parte inferiore occipitis ſiniſtera rueret, & in hoc ſitu mortuus reperiretur, cutem non ruptam, ſed ſuggillatam & tumentem ad locum alliſionis

nis habuit, ſubque illa autem oſſis occipitis infima, & ſiniſterior portio prope foramen magnum in plura fruſta erat diffracta.

(e) Varia illa & tam diverſa cranii ſtrages hoc §. deſcripta egregia ſane exempla ſubminiſtrat SWIETENII textum comment. Tom. I. pag. 413, & 414. illuſtrantia ita dicentis: " differt fractura calvariæ a fiſſura, quia in fiſſura proprie dicenda ſupereſt adhuc aliqua cohæſio, in fractura autem integra obtinet ſolutio; unde fiſſura anguſtam in oſſe rimam facit, fractura majorem ſeparationem partium ante unitarum ſupponit. Poteſt jam fractura talis eſſe, ut fragmentum a reliquo oſſe liberum ſit omnino, poterit & quadam ſui parte adhuc unitum manere." Sic & in unico hoc caſu confirmatum videmus, quod mox citatus magnus Commentator l. c. ulterius ita animadvertit: " in his fiſſuris jam magna varietas obtinet, pro magnitudine varia, recto vel obliquo decurſu, pro varia oſſis cranii parte, quam occupant." Ex ſtrage illa in loco ab alliſione remotiore & inferiore diſcimus: quod utut vulnus ſeu locus ſuggillationis in integumentis capitis levis fuerit, chirurgus & in dijudicando & in prognoſticando nunquam ſat

cautus



cautus esse possit. A judicio chirurgi similem stragem latitantem sæpe subolefacientis, vulnerati salutem dependisse egregio exemplo in acad. reg. chir. Tom. I. pag. 23. confirmatum legimus: cum enim ex concussione perpendiculari ad parietale dextrum superius facta, ad locum cutis læsum nihil in osse mutatum reperiretur, tamen dexterrimus chirurgus FESTE ex symptomatibus judicabat, vim concussionis forte in partem ossis magis inferiorem fuisse majorem, audacter igitur vulnus per inferiora dilatabat, & nunc prius fissuram in ossis parte magis inferiore reperit ad os occipitis usque excurrentem, & aliam insuper transversaliter ad suturam squamosam se extendentem. Trepanatione igitur instituta æger, certe si ex simplici vulneris inspectione fuisset dijudicatus nunquam curandus, convalescebat.

§. III.

Recluso methodo consueta cranio, ad illa quæ in cranii cavo contigerant investiganda, reperi in parte dextera circa lobum cerebri posteriorem copiosum sanguinem effusum; penitius in hujus sanguinis

nis effuſi ſcaturiginem inquirendo inveni ſinum lateralem dexterum, ubi in angulo oſſis parietalis poſteriore inferiore ſulcum inſculptum habet, & inde in angulo lamdoideo oſſis temporum deſcendit diſruptum; fractura enim illa notabili, quæ conf. §. ant. apophyſin maſtoideam a baſi portionis petroſæ ſeparavit, inque cavum cranii penetravit, contigit: ut de baſi oſſis petroſi ita diffracta, & magis interius commota feſtuca ſatis acuta promineret huic ſinui infixa, quem itaque mechanica vi diſciderat, dilaceraveratque. Et cum hoc ipſo loco hiatus fracturæ eſſet ſatis notabilis, qui ſupra foramen auditivum pergeret conf. §. ant. hinc ſanguini ſinus venoſi dexteri utpote laceri via patebat & intra cranium, & quam facillima extra cranium, ipſa enim huic fiſſuræ correſpondens cartilago auris cum inveſtiente cute conf. §. ant. & not. (a), ubi in meatum auditorium continuatur, erat fiſſa atque lacera, ſicque hæmorrhagia aurium maxima naſcebatur (*a*).



(a) Aphorismus HIPPOCRATIS 10. Sect. VI. „ Capite laboranti & circumquaque do„ lenti, pus, aut aqua, aut ſanguis ef„ fluens per nares vel aures, vel os ſolvit morbum; " anatomicis & medicis in ſtricto ſenſu ſumptus ſemper fuit quam maxime paradoxus, nondum enim apprime notante SWIETENIO coment. in aph. BOERH. Tom. I. pag. 452. per anatomen hodie cognitam detectæ ſunt illæ viæ, per quas humores calvariæ cavo contenti ſic exire poſſent. Foramen illud tympani, quod RIVINO ſolet tribui ab anatomicis nondum repertum eſt, & ab HALLERO Phyſ. Tom. V. lib. XV. Sect. I. §. XIII. pag. 204. & 205. chimæram eſſe, & propria & principum anatomicorum auctoritate demonſtratur. Si autem ad inſignem illam fracturam, notabilemque inter cavum cranii internum & aurem dextram in hoc caſu natum hiatum attendimus, viam quomodo ſanguis ex aure dextra tam copioſus, & commoto capite ſemper novus fluere potuerit, videmus non ſolum fuiſſe facillimam, ſed & correſpondentem ſinum dexterum lacerum, cumque hac fractura communicantem, ſcaturiginem fuiſſe abundantem perſpicimus, quæ tantam in pavimentum ſanguinis effuderat quantitatem, ut ancillæ herus lanio diceret: ſe nunquam ex animali macta-

to

to illam vidiſſe ſanguinis copiam. Inſuper hoc caſu egregie illuſtrantur HALLERI verba l. ſup. cit. pag. 205. dicentis: „ Quare, ſi quando in cerebri malis eam „ viam ſanguis legit, potuit is per fora- „ mina, & vias præter naturam natas prodiiſſe, ut in variis exemplis certum eſt, potuit os petroſum carioſum, aut fractum fuiſſe fiſſumque. Sic in muliere, vide MORGAGNUM de ſed. atque cauſ. morb. epiſt. LII. art. 25., quæ ex lapſu per ſcalas graviore intra horam moriebatur, & ſanguinem e naribus & altera aure effundebat, oſſea meatus auditorii pars cum membrana tympani fuit diſcrupta. Animadvertente eodem magno auctore l. c. epiſt. LII. art. 30. viro ex lyguria luſco & mendico ab ictu ad tempus ſiniſtrum gravi ex ſubjecta aure ſanguis mox exivit, & cum non multo poſt eadem nocte moreretur, in ſectione cadaveris in ſiniſtro oſſe temporum ferme capillaris rima obſervabatur ab exterioribus ad interiora pervadens, pergebat autem ad calvariæ baſin & ad communes usque ſuperiores fines intimi meatus auditorii, & tympani ſe extendebat; " quam ob rem, „ dicit citatus *auctor*: diſcludens utrum- „ que membrana diſrupta erat, hoc au- „ tem ſanguine plenum, & ille ſangui- „ nolentus. " Tympano autem diſcluſo




& sanguine illuc irruente, quam facile ad fauces sanguis pervenire possit alio loco scilicet epist. LI. art. 52. apprime sic explicat: " quæ facilius accident, si fissura perveniat ad processum petrosum, aut si sanguis sic prope nova tympani foramina inter cranium, & crassam meningem effusus. Per illa enim viam esse in tympani caveam, & ex hac vero per Eustachii tubam in nares faucesque, non est cur hic monstrem." HIPPOCRATIS igitur supra citatus aphorismus potissimum erit intelligendus de evacuatione critica per vasorum anastomosin, qualem in oculis, naribus, meatu auditorio, & faucibus frequentem contigisse historia medica abunde testatur, & si solicite hunc COI textum ad limam revocamus, ille non tam de forti concussione, aut vehemente lapsu loquitur, sed de laborante & solum dolente capite, quod igitur de aliis, non tam ab externa quam potius interna causa procreatis morbis mihi intelligendum videtur; si tamen etiam a vehementissima causa externa subsequens narium, aurium, aut faucium hæmorrhagia aliquid medicati unquam habuerit, aut habeat, hoc vasis in membranis meatuum unice adscribendum erit; sedulo enim animadvertit MORGAGNUS l. c. epist. LI. art. 52. „Sed etiam extra ipsam calvariæ caveam

„ pos-

„ possunt alia (vasa) disrumpi, unde san-
„ guis per aures, nares, os effluat.“
Quando igitur ob vehementiam extrinsecam sanguis ex auribus stillaverit, cautum hoc symptoma semper faciat medico-chirurgum, si enim fracturæ cranii tunc hunc exitum non conciliaverunt, tamen adnotante hoc ita sedulo SWIETENIO l. c. pag. 452, & 453. „ Sanguis
„ per os, nares vel aures effluens, deno-
„ tat maximo impetu causam vulneran-
„ tem caput percussisse; cum arteriæ po-
„ tuerint frangi per hanc vim: ideoque
„ summus metus est etiam illa vasa san-
„ guinea, quæ per encephalon decur-
„ runt, tunicis suis callosis orbata rup-
„ ta esse.“ Ex his igitur luculenter perspicimus, cur narium, faucium & oculorum hæmorrhagiæ, ecchymoses affectionibus capitis gravibus sint quam maxime familiares, & æque bene conf. acad. Reg. Parif. chirurg. Tom. I. pag. 217, concomitari soleant casus, ubi fractura cranii cum effusione locum habet quam alios etiam casus ubi neutrum priorum obtinet.

Singulare sane erat accidens quod in hac notabili fractura, quæ basin ossis petrosi a reliqua portione ossis temporum præsertim ejus angulo lamdiodali & apophysi mastoidea separaret, festuca de basi hujus



hujus offis ita fecedentis promineret, & acutie fua finum difcinderet, dilaceraretque. Hac occafione in memoriam venit illud, quod claffícus auctor Bohnius in tract. de leth. vuln. capit. I. pag. 85. folicite ita animadvertit: „ neque tamen contrafiffura immediate lethalitatem patrat fed pariter ut modo „ indigitatum, vel ratione fanguinis extravafati, vel fragmentorum infignium, quæ vel ab aculeis, vel mole „ fua membranis ac cerebro exitiofa „ exiftunt, & quorum neutrum, utpote haud exploratum protrahi poteft. "

§. IIII.

Encephalo folicite perveftigato præter vafa fanguine depleta immutatum reperi nihil (*a*), hoc itaque excentrato, cum exfectum cranium penitius infpicerem, quam maxime mirabar ad fellam turcicam fiffuras fuiffe plures. Et quidem eminentia illa transverfalis, quæ intra duas apophyfes clinoideas anteriores reperitur, & retro quam declivis foffa pituitaria mox incipit, fiffuram habuit valde notabilem in transverfum ita pofitam,

ut

ut ex parte ſiniſtra in foramen opticum usque excurreret, dexterius autem hæc fiſſura in diametro duas lineas lata magis oblique deſcenderet retro foramen opticum ſub apophyſi clinoidea hujus lateris jam recondita, & nunc capillaris facta per oſſis ſphenoidei magis lateralem & poſteriorem partem ad foramen ovale usque pergeret. Hæc transverſalis fiſſura ubi ad foramen opticum properavit dimiſit aliam angulo quaſi retrogrado, quæ magis dexterius per anteriorem oſſis ſphenoidei ſubſtantiam dirigebatur, & in hac directione continuata bonam adhuc partem laminæ cribroſæ finderet. Ex parte dextra ad radicem apophyſis clinoideæ poſterioris alia erat fiſſura, quæ in ſubſtantiam ſellæ turcicæ ſatis profunde penetravit, & ſecundum hujus ſellæ latus infra apophyſin clinoideam dextram anteriorem directa hic cum jam ſuperius notata infra illam deſcendente transverſa fiſſura communicaret. Ex parte ſiniſtra ad latus ſellæ priori parallela ſed magis capillaris neque tam alte

aſcen-

aſcendens fuit fiſſura. In ſuperficie interna oſſis occipitis ad partem ejus ſupremam tuberculo conſueto reſpondentem initia fiſſurarum §. II. deſcriptarum non ſolum penetraſſe vidi, ſed & ab his fiſſuris duas alias capillares laminam internam ſolum ſindentes & ad ſuturam lamdoideam usque aſcendentes (*b*) obſervare datum fuit. Oſſa cranii cæterum erant ætati & habitui puellæ attemperata.

(*a*) Mirum forte videbitur, quod a tam vehementi lapſu & concuſſione in encephalo immutatum repertum fuerit nihil, ſi autem ad notabilem oſſis occipitis fracturam, reliquasque cranii fiſſuras animadvertimus: ſub tali conditione motum intercipi, eumque tunc egregie monente MORGAGNO l. c. Epiſt. LI. art. 16. minus in cerebrum valere facile dijudicabimus. Sic etiam LITTRIUS in acad. Reg. ſcient. pariſ. A. 1705. obſ. anat. 12. & HÆVELIUS Comm. litt. A. 1741. hebd. 14. narrant caſus, ubi graviſſima capitis, & brevi etiam lethali alliſione nil quidquam effuſi inventum eſt; utrum autem infelix illa ancilla potius a concuſſione cerebri, vel a notabili per aures hæmorrhagia



gia paulo poſt lapſum (mane enim prius ab hero ad finem ſcalarum exanimis reperiebatur) mortua fuerit, eo difficilius determinavero, cum hiſtoria medica plurimas ſuppeditet hiſtorias, ubi unica trium harum hic confluentium cauſarum ad mortem ſubito inducendam ſufficiebat. Juvat hæc aliquibus exemplis noſtro quam maxime analogis illuſtrare: in juvenis illius robuſti cadavere, qui, vide LITTRIUM l. ſ. cit., ut evitaret rotæ ſupplicium in carcere prono capite manibus poſt tergum rejectis tanta vi impegit in parietem validiſſimo curſu, ut illico conciderit mortuus; illæſa calvaria reperta eſt, nullamque aliam habuit encephalon læſionem, quam quod non exacte calvariæ cavum repleret, & firmius ſolidiusque ſolito appareret. Certum enim eſt ex vehementi encephali concuſſione in elementari ejus fabrica mutationes poſſe ſubito contingere, quæ mentis arcem agrediuntur, deſtruuntque. Quomodo autem in inviſibili illa fabrica ex commotione nimia deſtructio fieri poſſit conjecturis aſſecutus eſt BOHNIUS de Renunt. vul. Sect. 2. cap. I. ipſusque ego in Diſſertatione de carie cranii §. XI. pag. 20. & ſeq fuſe ſatis tractavi. Quanto facilius autem ſubita talis mors debeat habere locum, ſi una cum tanta cerebri commotione, fractura & effuſio ſanguinis intra

R &




& extra cranium se comites adjungunt, per casum a MORGAGNO l. c. epist. LII. art. 25. descriptum & nostro apprime analogum confirmatum videmus: fæmina scilicet rustica, per scalas præceps, & intra horam demortua plurimo etiam per aures effuso sanguine in sectione exhibuit cranium, fractura in transversum ab uno ad alterum latus ante ossa petrosa per sinuum sphenoideorum posteriora transeunte, fissum, osseam præterea partem meatus auditorii cum membrana tympani in aure illa, quæ emiserat sanguinem, disruptam, laterales sinus laceros, cerebellum nonnihil læsum, & intra cranium multum sanguinem effusum. Subitæ hujus mortis rationem reddens MORGAGNUS egregie ita statuit l. sup. c. art. 26. „ Si „ præter hanc cerebelli qualemcunque læ„ sionem aliæ non fuissent gravissimæ, ut „ vehemens cerebri concussio, hujusque „ & cerebelli tanta compressio, quantam „ copia effusi intra cranium sanguinis ex „ ruptis lateralibus præsertim sinubus ef„ ficiebat, num censes tam citam fuisse „ mortem? equidem non facile ipse cre„ diderim.“ In meo autem recensito casu mortem citam præter alias graves læsiones insignem hæmorrhagiam aurium præcipitasse eo magis opinor, cum ob basin ossis petrosi a fractura nonnihil elevatam ipsa festuca, conf. §. ant. & not. (a) in

vulnus ſinus dexteri dilacerati continuo apertum non ſolum retinuerit, ſed & inde de vulnere ſinus per hiatum oſſeum ſatis inſignem & calamum ſcriptorium admittentem tubumque auditorium fiſſum conf. §. II. ampliſſima pateret via, quæ cum intra fracta oſſa pergeret, collapſusque ita impoſſibilis fuerit, maxima & continna hæmorrhagia, ſi etiam mox officioſa manus chirurgica acceſſiſſet, nunquam fuiſſet ſupprimenda.

(*b*) Per plurimas has fiſſuras in baſi cranii repertas luculentiſſimum habemus argumentum contra illos, qui contrafiſſuras voluerunt negare, opinantes tales fracturas non ſimplici & unica concuſſione, ſed a ſecundaria prius fuiſſe natas, uti igitur egregie adnotante Quesnay acad. Reg. chirurg. Pariſ. Tom. I. pag. 214. plurimos apud auctores habemus caſus, ubi contrafiſſuræ reperiebantur, & tamen concuſſionis ſecundariæ ad illa loca acceſſus fuerit impoſſibilis; ſic & eandem impoſſibilitatem in noſtro caſu, cum ſtrage nihilominus contrafiſſurarum etiam ad os cribroſum usque extenſa adfuiſſe evidentiſſime perſpicimus; non tamen ideo negandum caſus etiam contingere ſat frequentes, ubi contrafiſſuræ non tam primæ, quam ſecundæ mox ſucce-

 denti

denti in oppofito loco concuffioni debeantur. In fertili præterea hoc noftro cafu per mirum illum & varium contrafiffurarum tum in offe temporum tum in bafi cranii decurfum notabilia fane habemus teftimonia fententiam egregii obfervatoris QUESNAY confirmantia l. fup. c. pag. 413. dicentis: non folum contrafiffuras locum habere de una parte offis ad eiusdem offis partem oppofitam, fed etiam de uno offe ad vicinum, & de una parte offis, ad ejusdem offis partem oppofitam. Et fi ad fiffuras illas in occipitis latere interno, quæ laminam unice internam ad futuram lamdoideam usque findebant, attendimus, præter alias contrafiffurarum in hoc cranio fpecies & illam quam contrafiffuram laminæ ad laminam nominant, a multis auctoribus quidem in controverfiam vocatam, fed exemplis veterum & recentiorum apprime adnotante QUESNAY l. c. pag. 211. fæpiffime obfervatam, & hic adfuiffe videbimus.

§. V.

Subjungam nunc aliquos lufus ofteologicos. Vetulæ caput hunc in finem a trunco inter vertebram cervicalem tertiam & quartam cum fepararetur, ut præ-

pa-

paratione consueta & maceratione continuata usibus osteologicis postea inservire posset, mirum Prosectori videbatur, cum post sufficientem macerationem caput exactius mundare vellet nexum Atlantis in hoc subjecto solito firmiorem esse; quod cum mihi monstraret, & penitius rem inspicerem, admirabundus vidi singularem Atlantis configurationem firmioris nexus potissimam esse causam. Erant scilicet ejus apophyses transversæ solito breviores, & superius apophysibus supernumerariis valde singularibus ex utraque parte auctæ. (*a*) Ascendebant illæ ex utraque parte ab exterioribus ad interiora recurvæ & in altitudine semi fere unciæ (*b*) ita, ut notabilis inter illas & vicinas apophyses condiloideas incisura nasceretur (*c*), utraque etiam apophysis supernumeraria ultra has promineret. Terminabantur ambæ fine satis latiusculo (*d*), ita tamen, ut illa ex parte dextra finem crassiorem & magis latiusculum, subrotundum, inæqualem, faciecula cartilaginea obductum haberet (*e*),

cum


 

cum illa ex parte ſiniſtra faciecula magis oblonga & declivi, apice obtuſo & retrorſum prominente finiretur (*f*). Utraque hæc extremitas pulchro ſpectaculo adaptabatur facieculis oſſi occipitis inter apophyſis condiloideæ utriusque partem magis poſteriorem, & vicinas foveas condiloideas poſteriores inſculptis (*g*). Faciecula ex parte dextra erat inæquabiliter cava, quaſi duplicata (*h*), & extremitati apophyſis ſupernumerariæ dextræ perfecte accommodata, cum interim illa ex parte ſiniſtra magis declivis, parte ſua anteriore & decliviore (*i*) ſuperficiem ſiniſtræ apophyſis ſupernumerariæ admitteret, & parte ſua magis poſteriori apici dictæ apophyſis adaptaretur. Faciecula oſſis occipitis latior ex parte dextra evidentiſſima cartilaginis incruſtantis exhibuit veſtigia, cum hoc ex parte ſiniſtra non tam aperte conſpiceretur, & jam apophyſin ſupernumerariam vere cum illa coalitam, difficilius etiam ſeparandam experirer, quamquam rudera, quæ præſentem quondam cartila-

ginem

ginem exhiberent, similium perito quam facillime erant distinguenda. Ipsas vero has apophyses atlantis supernumerarias, apophysium transversarum quondam epiphyses fuisse, evidentissimæ cartilaginis intermediæ jam ossificatæ vestigia relicta exhibebant (*k*), imo maceratione hic contigit, quod etiam in insignioribus apophysibus frequentissime observamus, dextra scilicet apophysis supernumeraria non nihil soluta vacillabat commota satis evidenter supra transversam cui insidebat. Faciecula quæ in superficie interna arcus interioris reperitur pro recipienda apophysi Odontoidea secundæ vertebræ, erat solito latior ob productionem osseam, quæ supra arcum superius ad decem circiter lineas præeminebat (*l*), ita, ut sic margini anteriori foraminis magni ossis occipitis esset contigua, ejusdem productionis osseæ notabantur etiam aliqua rudimenta inferiora (*m*). Apophyses ipsæ transversæ hujus atlantis consueta longiori figura erant minores, & in extremitate in duplicem

api-



apicem ſolito evidentiorem, ſuperiorem, cui apophyſis ſupernumeraria erat connexa, & inferiorem ſatis obtuſum (*n*) terminatæ (*o*).

(*a*) Vid. Tab. V. Fig. I.
(*b*) ibid. lit. E, d.
(*c*) ibid. lit. e.
(*d*) ibid. lit. a, b.
(*e*) ibid. lit. a.
(*f*) ibid. lit. b.
(*g*) Tab. V. Fig. II. lit. a, b.
(*h*) ibid. lit. a.
(*i*) ibid. lit. b.
(*k*) Tab. V. Fig. I. lit. e.
(*l*) ibid. lit. f.
(*m*) ibid. lit. g.
(*n*) ibid. lit E. Et jam VESALIUS de Corp. Hum. Fabric. Lib. I. Cap. XV. pag. 60. Fig. 2, 4, 7. apicem apophyſis transverſæ in ſatis evidentia tubercula terminata depinxerat, & WINSLOWIUS in expoſitione ſua anatomica Traité des os ſecs §. 57. dicit; apophyſin transverſam in apicem, ſeu mucronem obtuſum terminari ſæpius duplicem. *Qui quelque fois eſt comme double.* Hoc in ſubjecto, cum apophyſis transverſa, quæ ſemper reliquas apophyſes cervicales mole multum ſuperat, ſolito minor fuerit, natura in apice duplicando videtur fuiſſe eo actuoſior.

(*o*) Per



(o) Per illa, quæ §. antec. fuerunt descripta, & figura expressa, novum exemplum suppeditatum videmus, quo confirmatur illud, quod jam ILL. SANDIFORT in exercitationibus suis academicis, quæ continuationes sunt egregiarum suarum observationum, Lugd. Bat. 1783. editis apposite monuit, ancyloses scilicet cranii cum Atlante esse frequentiores, quam vulgo creditur. Licet enim COLUMBUS nonnullique alii apud MORGAGNUM lib. de sedib. & caus. morb. Epist. LXIX. art. 8. reperiundi, & ipsus MORGAGNUS nec non recentius CL. PAUL in Dissert. de ancylosi argent. 1778, qui talem in Cimeliarchio argentoratensi asservari asserit, Atlantis ancyloses observarint, tamen illam hujus observationis frequentiam præ ILL. SANDIFORT neminem hactenus habuisse mihi constat; utpote cui in quinque cadaveribus ancyloses cranii cum Atlante miras, & valde notabiles observare datum fuerit. Cum autem, uti egregie in Dissert. de difficili in observationes anatom. epicrisi PRÆSID. ILL. ISENFLAMM & resp. CL. SCHMIDT Erlangæ 1771. pag. IX. ita statuitur: „ Nunquam ut videtur, sat veritas cognosci, sat confirmari potest, „ quæ quo frequentius eadem sese exhibuerint, eo confirmatur magis, nec „ si exactissime inter se comparentur,

S pror-

„ prorsus sic deprehenduntur, semper „ eadem, quia minima, nec forte inu- „ tilis appareat differentia;" hoc argumento momentoso incitatus: juvat brevi epicrisi determinare, quid mea §. anteced. descripta & Tab. V. Fig. I. & II. depicta observatio cum hactenus observatis ancylosibus cranii cum Atlante commune, quid privum habeat. Ancylosis dicitur, apprime statuente hoc classico auctore GAUBIO Inst. pathol. §. 222. cum articuli ita obrigescunt, ut eorum motus prohibeatur, „ ponit adeo, pergit „ ILL. AUCTOR, male affectas illas partes, „ quæ ad articulum formandum tuendum- „ que faciunt, & varia occasione nascens „ læsis ex fractura, luxatione, vulnere „ contusione, abscessu, ulcere, tumore, „ dolore articulis crebro supervenit;" Hoc autem CL. PAUL l. cit. pag. 2. §. III. specifice magis ita determinat: „Ne- „ xus ossium cum mobilitate inter se ar- „ ticulum efficit: Ast si in enorme au- „ getur, ita ut ossa inter sese concre- „ scant, ac quasi unum continuum re- „ ferant ancylosis vera oritur." Et ideo ab ILL. SANDIFORT Atlantis cum occipite concretiones in quatuor primis casibus Capit. I. etiam in reliquis in Capit. II. & III. expositæ, veræ ancyloses ipsi dicuntur, ita quidem ut ad ancylosin casus

se-

ſecundi in Capit. I. recenſiti malum Atlantis ſitum ſeu ſubluxationem prædiſponentem cauſam fuiſſe perſpiciamus; in parte enim dextra ſolum apophyſis transverſæ Atlantis cum occipite concretio aderat, ita ut in oppoſito latere vertebra plane libera eſſet l. c. pag. 4. Sic in Capit. III. ubi occiput, Atlas & Epiſtropeum connectebantur, dislocationem harum partium præceſſiſſe, ex ſitu inverſo facile dijudicetur vid. l. c. Tab. III. Fig. 1, 2,. Hæ igitur partes non appoſite conjunctæ, inæqualiter ſe attrahentes, in vario ſitu varie & aſpere ſe fricantes ad oſſium vitia, & pediſſequas concretiones in ſingulis his caſibus anſam dediſſe non improbabilis conjectura eſt, dum enim varias ancyloſis cauſas allegaverat GAUBIUS l. ant. cit. apprime concludit: „ raro autem quædam iſtarum affectionum „ diu inhærere, quin & aliam atque aliam „ ſibi comitem adſciſcat: unde malum „ inſanabilius evadit." In caſu autem quinto ILL. SANDIFORT antecedenter citati Capit. I., qui cum mea obſervatione §. ant. deſcripta plurimum analogiæ habet, non tam veram ancyloſin ex morbo oſſium natam, quam potius in primogenio archetypo radicatam ſingularem configurationem accuſavero; hic enim egregie monente ILL. SANDIFORT l. cit. pag. 10. nihil de Atlante cum oſſe occipi-



pitis concretum fuit, „verum ex offe oc„cipitis, in quoque latere, medio ferme „inter foramen magnum & nexum cum „parte mammillari offium temporum lo„co, proceffus exfurgit, dimidium polli„cem longitudine fuperans, qui in latere „dextro ad ramum pofteriorem proceffus „transverfi Atlantis accedit, & cum eo „cohæret. Sic tamen, ut linea diftinguens „circumcirca appareat; contra in latere „finiftro dictus proceffus non tantum mo„do cum ramo pofteriore transverfi pro„ceffus confluxit penitus, fed & cum api„ce, in quem anterior & pofterior ramus „definunt, fimilis tamen linea, aft paulo „minus diftincta, qualis in nexu procef„fus dextri cum ramo pofteriore procef„fus lateralis Atlantis datur, apparet, „ubi proceffus ex finiftra parte offis oc„cipitis prodit." Si nunc ad illa, quæ §. ant. expofui, etiam figura expreffi, folicite attendimus: nullam concretionem offeam præternaturalem, nullum effufum callum, neque ligamenta (cum præter membranam annuli anteriorem & membranam annuli pofteriorem, vid. Cl. Weitbrecht fyndesmologiæ Sect. 3. pag. 84. & 85., ab apophyfibus transverfis ad occiput nihil ligamentofi in hac directione reperiatur) offificata in caufa hujus meæ obfervationis fuiffe convincimur; ita,

ita ut potius ob veſtigia oſſificationis tardioris ad baſin harum apophyſium ſupernumerariarum reperiunda vid. Tab. V. Fig. I. lit. c, ob facieculas in harum extremitatibus ſuperioribus applanatas ibid. lit. a, b, & ſimilibus oſſis occipitis facieculis vid. ibid. Fig. 2. lit. a, b, correſpondentes, in juventute epiphyſin adfuiſſe intermediam, quæ mobilis motum Atlantis ad occiput quidem difficiliorem faceret, non tamen aboleret, ſuſpicari liceat; idque eo magis, cum & jam in juventute, ut poſtea a vetulæ coævis amicis percepi, caput non nihil antrorſum inclinatum teneret, magis vero ultimis vitæ annis. An non huic opinioni robur accedit per illa quæ TABARRANI vid. ILL. SANDIFORT l. c. pag. 12. obſervavit? Hic enim non tantum talem ancyloſin breviter deſcripſit, verum ſimul fatetur, ſibi Florentiæ duo tali morbo adfecta crania eſſe exhibita, tanto majori attentione digna, quia alterum erat pueri decem annorum, alterum hominis viginti quatuor annos nati ex phtiſi pulmonali mortui. Cæterum in hoc mea obſervatio ab illa ILL. SANDIFORT in caſu quinto Capitis I. deſcripto forte potiſſimum differt; quod ille tales proceſſus obſervaverit evidentiſſime de oſſe occipitis exſurgere vid. loc. cit. Tabul. II. Fig. 1. litt. l, m, cum interim mei facile

inde


inde folverentur relictis facieculis articulationis mobilis veftigia referentibus, ipfisque apophyfibus transverfis Atlantis pertinacius adhærerent. His argumentis perfuafus hanc meam obfervationem veram ancylofin nominare non præfumo, quamquam ipfus lufus feminium naturale fecerit, quod ingravefcente fenio effectum ancylofi fimilem produxerit. Quomodo autem, & cur jam in primogenio archetypo artificiofa natura hæc additatamenta Atlanti conciliaverit, res altioris videtur indaginis; quam tamen conjectura, quantum fieri poteft, affequi liceat. Caput cum fuerit fat infigne, Atlas proportione habita gracilior, forte ut ad capitis fuftentaculum melius fufficeret, ad aliaque in motibus capitis fuftinenda officia par effet, provida natura his additamentis defectum quemcunque forte recuperaverat, nec infrequentem circa vertebrarum potiffimum apophyfes transverfas hunc folertis naturæ effe laborem, ex illa jam a POUPARTIO in academia Regia 1699.edit.germ.curant. STEINWEHR Part. I. pag. 234. facta obfervatione colligimus, cum præter apophyfes transverfas ordinarias, in novem vertebris dorfalibus anterius ex utraque parte fupra articulationem harum vertebrarum novem alias fupernumerarias apophyfes trans-

transversſas obſervaverit. Quo artificio autem uſa ſit natura, ut hunc ſcopum obtineret, a vi ejus conſervatrice, vti illam in frequentiſſimis exemplis in hiſtoria medica confirmatam videmus, oportet repetere, quæ actuoſæ naturæ ſolertiam, & adorandi creatoris providentiam teſtatur. Si autem ad facieculam illam in ambitu annuli anterioris auctam, & ſupra illum potiſſimum ſuperius prominentem vid. Tab. V. Fig. 1. lit. f, attendimus, & hic ſeminia jam adfuiſſe videmus, quæ forte in aliis caſibus aucta in cauſa fuerunt, cur ancyloſes ramorum Atlantis cum margine foraminis magni oſſis occipitis contingerent completæ & incompletæ, quales apud Ill. Sandifort l. c. frequentes & valde ſingulares enarrantur.

§. VI.

In cadavere militis, quod ad conficiendum ſceletum artificiale ob ſat notabilem, qua eminebat, figuram deſtinaveram, reperi vertebras viginti quinque, & cum illas penitius examinarem *ſupernumerariam* in ordine vertebrarum cervicalium eſſe obſervatu erat facillimum; præ-

ter



ter vertebras enim duodecim dorſales, quinque lumbares, conſuetis characteribus inſtructas, in collo vertebræ numerabantur octo, quarum ultima (*a*) ex utroque corporis ſui latere ſuperius duas faciecula (*b*), quæ ob ſat notabilem ſuam eminentiam etiam tubercula poſſent nominari, exhibuit; utrique facieculæ cartilagine obductæ correſpondebant duæ coſtulæ ſupernumerariæ longæ unciam unam & dimidiam (*c*). Hæ coſtulæ poſterius capitulis (*d*), cartilaginibus incruſtatis, faciecülis exactiſſime correſpondebant, & coarticulabantur. Quæ poſt capitula in collum cum eſſent extenuatæ (*e*), inde linea nonnihil prominente, atque oblique aſcendente (*f*) mox iterum lateſcebant, faciem referentes internam ſeu anteriorem ſubconcavam (*g*), externam ſeu poſteriorem inæqualiter convexam cum margine ſuperiore acuto (*h*), & inferiore magis obtuſo (*i*); terminabatur autem utraque hæc coſtula anterius in tuberculum oblongum craſſiuſculum (*k*) ſuperius

in-

inferiusque obtuſe acuminatum (*l*). In alio cadavere militis ad eosdem uſus deſtinati vertebras obſervavi dorſales tredecim, ita ut decimæ tertiæ utpote ſupernumerariæ facieculis ex utraque ejus corporis parte reperiundis, duæ itidem coſtæ ſupernumerariæ eſſent coarticulatæ, mobiles, duas uncias longæ, & exactiſſime cæterum in ſua minutie coſtis ultimis ſpuriis ſimiles (*m*).

(*a*) Vid. Tabul. V. Fig. III. vertebram hanc ideo cervicalibus adnumeravi, quia habuit vertebræ conſuetæ, alias cervicalis ſeptimæ, characteres abſolutiſſimos, corporis ſcilicet ſuperficiem ſuperiorem profunde ſinuatam, vid. Tab. V. Fig. IV. lit. B, & inferius ad marginem nonnihil adhuc convexam, ibid. lit. (C), apophyſin ſpinoſam capitulo terminatam, ibid. lit. b, transverſas apophyſes longas, & magis poſterius reclinatas, ſine obtuſo non accuminato terminatas, ibid. lit. C, C, neque ſuperius ſulco perfoſſas ibid. lit. d, baſis inſuper apophyſis transverſæ dextræ foramine eſſet perforata, ibid. lit. e, quod tamen ex parte ſiniſtra deſiderabatur, & quod præter jam enumeratos characteres hanc vertebram cervi-

vicalibus adnumerandam esse eo magis judicaverim, cum subsequens vertebra exactissimos primæ dorsalis characteres, potissimum in utroque latere sui corporis superius facieculam integram, & inferius dimidiatam habuerit.

(*b*) ibid. Fig. III. lit a, a.
(*c*) ibid. Fig. IIII. & V.
(*d*) ibid. Fig. IIII. & V. lit. a, a.
(*e*) ibid. Fig. IIII. & V. lit. b, b.
(*f*) ibid. Fig. IIII. & V. lit. c, c.
(*g*) ibid. Fig. IIII. & V. lit. d, d.
(*h*) ibid. Fig. IIII. & V. lit. e.
(*i*) ibid. Fig. IIII. & V. lit. f.
(*k*) ibid. Fig. IIII. & V. lit. h, h.
(*l*) ibid. Fig. IIII. & V. lit. ik, ik.
(*m*) Mirum sane magno MORGAGNO inter cadavera senescenti lusus illos costarum supernumerariarum non fuisse frequentiores, ita ut *semel* solummodo l. c. Epist. anat. V. n. 10. tredecim ipsi visas esse dicat, sicque GALENI sententiam propria experientia confirmatam haberet, qui hæc ita rara esse docuit, ut inter mille vix unum tali costarum numero invenias; cum interim HALLERUS l. c. Tom. III. pag. 5. in not. lit. n. cumulum observatorum citet, qui costas numerum duodenarium ex uno alterove latere excedere observarunt, addatque loco mox citato: „ ut tamen minime rarum sit etiam

„ in

„ in noſtris ſceletis aut in uno latere „ aut in utroquo vel abundare, vel de„ ficere, crebrius eſt abundare, ut tre„ decim dorſi vertebræ ſint, coſtæque „ totidem." Cum autem HUNAULT Memoire de l'Acad. Roy. de Sc. A. 1741. etiam BERTIN Oſteol. Tom. III. vid. HALL. not. ſup. cit ſupernumerarias illas coſtas a longitudine proceſſus transverſi ſeptimæ vertebræ aucta potiſſimum repetant, & HUNAULT potiſſimum ideo, apprime MORGAGNO l. ſup. cit. ita monente: „ propter omiſſam mentionem ſe„ dis, in qua decimæ coſtæ tertiæ fuiſ„ ſent inventæ." Tale quid in hoc meo caſu non contigiſſe obſervatum eſt quam facillimum, vertebra cervicalis enim adfuit ſupernumeraria, quæ præter ſuum proceſſum transverſum bene conſtructum & integrum vid. Tab. V. Fig. III. lit. G, privas habuit facieculas ad capitula coſtarum ſupernumerariarum recipienda; eaque his facieculis evidentiſſime erant coarticulata. Ab ipſa enim coſtæ coarticulatione veram coſtæ naturam determinari, MORGAGNUS dum de ſua unica circa coſtas ſupernumerarias obſervatione loquitur, illamque cum analoga FALLOPIANA obſervatione comparet, ita l. ſup. cit. ſtatuit: „ Cum his Fallopianis mea „ maxime convenit obſervatio, ut in



„ eo pariter quod adjecit, *coarticulatio-* „ *nem illam, quæ in reliquis hominibus* in „ *duodecima* thoracis *vertebra esse solet, in* „ *iis cadaveribus nihil variasse.*" Ob tam graves itaque rationes Ego Cl. Hunault saltem in hac mea observatione concedere non possum, quod ipsi concessit l. c. Morgagnus dicens: „ ut ejus „ explicatio tunc quidem habeat locum, „ cum ibi sunt, ubi ipse vidit nempe su- „ pra duas costas supremas, ubi autem „ ego deprehendi nimirum infra duas in- „ fimas, non habeat." Hanc itaque observationem eo gratiorem judico, quia de costis veris coarticulatis superioribus supernumerariis una cum vertebra cervicali octava supernumeraria apud observatores, quantum mihi quidem constat, nihil simile occurrit, cum interim de costis spuriis supernumerariis vertebraque dorsali decima tertia observationes occurrant frequentiores, similemque etiam in alio cadavere vid. §. ant. habuerim, in quo supernumerariæ tales costæ *mobili* ut cum Morgagno l. sup. cit. loquar *junctura* connexæ erant. Scio equidem Cl. Bruns Dissert. inaug. exhibente quasd. observat. anat., vid. Ill. Sandifort Thes. disp. Tom. III. pag. 68., illas costulas processibus transversalibus primæ vertebræ lumborum adscribere, & dicere: „ aut ab „ ipso

„ ipſa natura in formando homine ichno-
„ graphice ſeparati, aut vi, caſu aut
„ motu diffracti, longiores ſolito fo-
„ veolas articulares, unam aut duas ad
„ corpus vertebræ fingunt, pro coſtis
„ habiti." Quo jure autem ſimiles co-
ſtulas ab apophyſibus transverſis repe-
tat, operoſe facieculas hic in corpo-
re vertebrarum factas admittat, ego
hic non inquiram, concludendo ſimpli-
citer: duplici hac mea in obſervatione
ſimile nihil contigiſſe, cum actuoſa na-
tura ſupernumerariis coſtis etiam ſuper-
numerarias conceſſit vertebras, & his,
ut vera natura coſtarum vult, coarticu-
latas. In utroque cæterum hoc cadavere,
in quo viginti quinque numerabantur
vertebræ, in integro tractu columnæ
vertebralis facile ab harum rerum perito
adpercipi poterat, altitudinem corpo-
rum vertebralium proportione habita
nonnihil imminutam, os ſacrum quatuor
ſolum vertebris ſpuriis, itidem non
valde altis concretum fuiſſe, & ſic ex-
ceſſum vertebrarum in utroque cadave-
re ſupernumerariarum, per maſſam reli-
quarum vertebrarum minorem aliquali-
ter compenſatum diceres; quod etiam
MORGAGNUS in mulieris patavinæ cada-
vere, in qua ex utroque latere coſtas
ſupernumerarias cum viginti quinque
vertebris invenerat, videtur animadver-
tiſſi-



tiſſime dicens l. ſup. c. art. 6.: „ erat au„ tem os ſacrum paulo brevius facieque „ anteriore minus cava.“ Dolendum interim, quod hos luſus poſt macerationem prius dexterim, alias in luſum muſculorum ſane inquiſiviſſem; neque audeo conjectura aſſequi, utrum in primo caſu coſtæ illæ ſupernumerariæ ſolum ad cervicem pertinuerint, vel thoraci ſimul etiam inſervierint, mobilis ſane coarticulatio, facies harum coſtularum anteriores ſubconcavæ, & poſterius inæqualiter convexæ ultimum videntur ſuadere.

§. VII.

In cadavere viri monachii ob gravia furta capite plexi, & theatro noſtro anatomico traditi, cum pleuram præpararem, in parte ſiniſtra inter coſtam veram tertiam & quartam prope corpora vertebrarum dorſalia tuber aliquod prominens (*a*), pleuram ipſam ad hanc vero ſedem nonnihil rubicundiorem reperi. Ablata pleura cum in hoc tuber penitius inquirerem, obſervavi de utriusque coſtæ collo hic ſolito latiore, ſede ſcilicet

cet inter capitulum & tuber intermedia, veram offis utriusque fubftantiam intrinfecus elevari, ita ut fuperior de cofta defcenderet craffitie digiti minimi (*b*), cum interim inferior craffior indicem diametro æquans (*c*) afcenderet, & dum ambæ hæ coftarum verarum propagines ad diftantiam decem fere linearum fibi fierent vicinæ, non confluebant, fed intermedio alio offe, offi fefamoideo fatis fimili, nonnihilque oblongo (*d*) ita connectebantur, ut utrique coftarum propagini, & ipfi intermedio officulo cartilago effet intermedia (*e*), ipfumque hoc officulum communem his tuberibus intermediam epiphyfin referret; cartilaginum intermediarum in exficato jam per plures annos offe veftigia fatis evidentia adhuc adfunt, & cum periculum in cadavere recenti facerem, movendo utramque coftam, inter utrumque tuber, & intermediam fubftantiam offeam Diarrthrofin obfcuram adeffe facile obfervare poteram (*f*).

(*a*) Tab. V. Fig. VI.



(*b*) Ibid. Fig. VI. a.

(*c*) Ibid. Fig. VI. b.

(*d*) Ibid. Fig. VI. c.

(*e*) Ibid. Fig. VI. lit. d, e.

(*f*) Confulto in textu §. antecedentis dico tubera illa coftarum offeæ fubftantiæ veras propagines fuiffe, bene memor illorum, quæ in Differt. fup. cit. ILL. ISENFLAMM per hæc MORGAGNI verba monet: „ concretiones plures duritie folum fpectata a feftinante anatomico pro offibus accipi, & fortaffe interdum acceptæ funt, cum tamen accurate diftinguendæ, & lapideæ, trophaceæ, gypfeæ, & quod fæpius accidit calculofæ fint appellandæ." Simplici tamen afpectu hæc tubera de natura ipfa harum coftarum protuberaffe, ejusdemque cum iisdem naturæ effe facile confirmatur. Quod autem in hac obfervatione me fummopere attonitum & admirabundum tenuit, fuit his tuberibus intermedia alia fubftantia offea, cui ut epiphyfi intermediæ utrumque tuber erat conglutinatum. Non infrequentes effe tales coftarum confluxiones per illa videmus, quæ HALLERUS l. c. Tom. III. pag. 9. in not. lit. g. multus enarrat; his etiam addenda; quæ CL. BRUNS l. f. cit. obfervavit, duas fcilicet coftas fuperiores coalitas in medio, ut laminam tenuem in duas extremitates

fter-

ſternales, & totidem vertebrales diviſam repræſentarint, ipſus analogam ante aliquos annos obſervationem habui, cum coſta ſexta & ſeptima eſſent latere dextro coalitæ, & cum ſterno fierent propiores in duas forcipis inſtar dividerentur, duplicique cartilagine ad ſternum finirentur, caſu præparatum hoc mihi ablatum doleo, alias figura expreſiſſem. Cæterum coalitum illum §. ant. deſcriptum, & Tab. V. Fig. VI. depictum, ob ſingularem illam epiphyſin intermediam eo notabiliorem judico, cum adorandi creatoris providentiam hic non ſatis admirari poſſimus, qui, cum in hoc conformationis vitio periculum adeſſet, ne requiſita coſtarum mobilitas ob hunc coalitum magnum impedimentum pateretur, artificio intermediæ epiphyſis mobilis mobilitatem ſic appoſite conſervaverit. Rationem autem reddere cur ex utraque coſta vera ſubſtantia oſſea ita elevata fuerit, ſic nata tubera limites oſſificationis, & intermedium novum nucleum oſſeum cartilagine circum circa terminatum habuerint magnus ſane labor, reſpondeam potius per illa Cl. Mayer Præſid. Ill. Isenflamm vid. Comment. III. de difficili in obſervat anat. epicriſ. pag. 53. apprime huc facientia verba: „ Varietates ſcilicet connatas, ſi in obſer-



„ vationum anatomicarum numerum re„ tulerimus, difficilem quoque ſæpe ad„ mittere epicriſin. "

EXPLICATIO FIGURARUM.

Tabul. V. Fig. I. Atlas ſeu vertebra cervicalis prima, ſingularis figuræ, apophyſibus ſcilicet transverſis ſolito brevioribus inſtructa, quibus ſupernumerariæ epiphyſes ſurſum incurvæ aſcendentes inſident; tuberculum quod corporis locum ad annuli ramum anteriorem tenet, productione, ſeu efflorefcentia oſſea ſurſum majori, inferius breviori & leviori eminens.

A. Tuberculum in Atlantis parte anteteriore ſeu portione annuli breviore.

B. Annuli Atlantis pars poſterior major.

C. Apophyſes condyloideæ ſeu articulares ſuperiores, condylis occipitis correſpondentes.

DD. Apophyſes transverſæ Atlantis ſolito breviores craſſiores, & apice bicorni terminatæ.

EE.

EE. Epiphyſes ſupernumerariæ ſurſum incurvæ aſcendentes.

F. Foramen magnum.

GG. Apophyſes obliquæ ſeu articulares inferiores.


HH. Inciſura retro apophyſin articularem ſuperiorem parti annuli poſteriori ſatis profunde inſculpta.

II. Foramina ad radicem apophyſium transverſarum.

a. Extremitas ſuperior apophyſis ſupernumerariæ dextræ craſſa, latiuſcula, ſubrotunda, inæqualis, quæ faciecula cartilagine incruſtata eſt terminata.

b. Extremitas ſuperior apophyſis ſupernumerariæ ſiniſtræ, faciecula magis oblonga, declivi, cartilagine difficilius diſtinguenda, apice obtuſo, & retrorſum prominente finita.

cc. Lineæ apophyſibus ſupernumerariis, & parti transverſarum ſuperiori intermediæ, evidentiſſima epiphyſium veſtigia exhibentes, idque potiſſimum ex parte dextra.



dd. Apophysium supernumerariarum superficies magis externa & recurva.

e. Notabilis ideo inter illas & vicinas apophyses articulares superiores nata incisura.

f. Faciecula, quæ in arcu minori ad recipiendam apophysin Otondoideam interius est insculpta, ita aucta productione aut efflorescentia ossea potissimum superius, ut ab apophysi basiliari fere linea solum distaret.

g. Similis efflorescentiæ osseæ aliqua etiam rudimenta inferiora.

Fig. II. Os occipitale ut est in externa sede basis calvariæ conspicuum, hic ideo exhibitum, ut facieculæ lateribus ejus insculptæ pro recipiendis apophysibus Atlantis supernumerariis conspiciantur.

AAA. Os occipitale.

B. Processus basiliaris.

CC. Apophyses condyloideæ.

D. Foramen magnum.

EE.

EE. Incisuræ laterales seu portiones foraminis laceri.

FF. Foramina condyloidea anteriora.

GG. Foramina condyloidea posteriora.

a. Faciecula lateris dextri, inter apophyses condyloideas, & foramen condyloideum posticum cava, fere duplicata.

b. Faciecula lateris sinistri in eadem sede, inæqualis, longior, & apice posterius terminata, exactissime correspondens apiphysi sinistræ Atlantis.

Fig. III. Exhibet vertebram cervicalem supernumerariam, ordine octavam, duplici faciecula pro recipiendis costis supernumerariis instructam.

A. Corpus vertebræ.

B. Superior vertebræ sedes sinuata.

C. Inferior margine magis convexo.

DD. Apophyses obliquæ articulares superiores.

E. Apophysis spinosa sat prominens.

F F. Apophyses transversæ.

a, a.



a, a. Facieculæ ad latus ſuperius in corpore vertebræ ſatis prominulæ, integræ, & cartilagine incruſtatæ.
b. Capitulum apophyſis ſpinoſæ.
c, c. Apophyſes transverſæ fine obtuſo non diviſo neque acuminato terminatæ, neque
d. ſuperius ſulco excavatæ.
e. Foramen ad radicem apophyſis transverſæ dextræ.

Fig. IIII. Exhibet coſtam ſupernumerariam dextram, longitudine unciæ unius & fere dimidiæ.

a. Coſtulæ capitulum in extremitate vertebrali excavatum, facieculæ dextræ correſpondens vertebræ ſuperius deſcriptæ.
b. In collum nonnihil contracta coſtula, quod
c. linea eminente a reliqua portione ſenſim latiore diſtinguitur.
d. Corpus coſtulæ latius, &
e. anterius ſubconcavum, cum
f. Margine ſuperiore inæqualiter aucto, &

g. Mar-

g. Margine inferiore magis obtuſo.

h. Coſtulæ in parte anteriori tuberculum oblongum, craſſiuſculum, &

i, k. ſuperius inferiusque obtuſe acuminatum.

Fig. V. Exhibet coſtulam ſiniſtram priori ſimilem, quæ ſcrupuloſius examinata, dextra mole major nonnihil videtur, capitulo inſuper magis craſſo, atque concavo in extremitate vertebrali, & in anteriore tuberculo profundius ad inferiora producto inſtructa eſt. Litteræ itaque a, b, c, d, e, f, g, h, i, k, idem quod in figura priori indicant.

Fig. VI. Vertebram quartam, quintam, atque ſextam exhibet, & coſtas veras quartam atque quintam his coarticulatas lateris ſiniſtri, cum tubere ad collum coſtarum intus ex utraque parte prominente, oſſiculo vero his inter medio & utrumque tuber conjungente. Coſtæ verſus extremitatem ſternalem ſunt abſciſſæ.

A, B, C. Corpora vertebræ quartæ, quintæ, & ſextæ.

D.



D. Cofta vera quarta latris finiftri.

E. Cofta quinta.

a. Vera offis fubftantia de cofta quarta intrinfecus elevata & defcendens craffitie digiti minimi.


b. Similis offea fubftantia craffitie nonnihil indicem diametro æquans de cofta quinta intrinfecus afcendens.

(c) Intermedium utrique coftarum Tuberi officulum oblongum.


d, d. Veftigia cartilaginis fuperius & inferius officulo (c), & utrique propagini a, b, intermediæ.



Tabula I.



Tabula I.



F. X. Pachmaiser M. D. delin. ad nat. F. X. Jungwierth sc. Mon. 1780.

Tabula II.

Fig. I.




Fig. II.






Fig. III.



Fig. IV.



Delin. ad nat. F. J. Sandner M. C. Jungwierth. sc.


Tabula. III.
F. X. Pachmaijer Med. Doct. delin. ad nat.
F. X. Jungwierth Sc. Mon.

Tabula. IV.

Fig. I.

Fig. II.




Fig. IV.





Fig. III.



Fr. Ignatius Predl. J. U. C. delin. ad nat.

Jungwierth sc. Mon. 1781.